



1437
VULTUS IN HOSTEM
LIBER COLL OMN ANIM FIDEL DEFVNCT IN OXON


300057041K

Guðbrand Vigfússon

at giöf frá

Robert Lowe

London 10th July 187[illegible]

HUNGURVAKA,

PALS BISKUPS SAGA,

ok

ÞATTR AF THORVALLDI VIDFÖRLA.



EX LEGATO MAGNÆANO.

Apud SEVERINUM GYLDENDAL.

HUNGURVAKA,

ſive

Hiſtoria primorum qvinqve Skalholtenſium in Islandia Epiſcoporum,

PALS BISKUPS SAGA,

ſive

Hiſtoria Pauli Epiſcopi,

&

ÞATTR AF THORVALLDI VIDFÖRLA,

ſive

Narratio de Thorvalldo Peregrinatore,

Ex Manuſcriptis Legati Magnæani,

cum Interpretatione Latina, annotationibus, Chronologia, tabulis Genealogicis, & Indicibus, tam rerum, qvam verborum.

HAFNIÆ 1778.

EX TYPOGRAPHEO REGIÆ UNIVERSITATIS APUD VIDUAM A. H. GODICHE.


BIBL. CORP. COLL. OXON. ANNO
OXON.

Ad Lectorem.

Jam dudum est, qvod orbi erudito polliciti sumus, tam *Hungurvakam*, Kristnisagæ proxime subjungendam, qvam alia, ex amplissimo penu Magnæano promenda, rerum nostrarum borealium monumenta; qva in re præstanda, spe votoqve tardius non-nihil qvod simus progressi, in causa fuere nonnulla, qvæ opus molientibus se obtulere impedimenta, non omnia gravia qvidem, sed qvæ ta-

men erant amovenda, & serius amota sunt: hinc otii defectus & ab aliis negotiis prærepta opportunitas, illinc objectæ à morbis difficultates, & hominum operi ministrantium facta mutatio.

Ut fidem igitur liberemus, prodeunt hic in lucem tria in uno lecta volumine antiqvæ nostræ historiæ monumenta, qvæ res Ecclesiæ borealis, Islandicæ speciatim tractant, primum generalius, nempe complectens qvinqve primorum Episcoporum Skalholtensium historiam, qvod ex promisso dudum debemus; alterum *Pauli* Skalholtensis Episcopi vitam speciatim exponens; & tertium succinctam exhibens de *Thorvaldo* qvodam *Kodrani* filio, *Vidforla* sive Peregrinatore cognominato, narrationem.

Tres hi rerum Islandicarum commentarii, leni illa facundia & simplice sermonis genere scripti, qvem animadverti-

vertimus in Christianismi historia & historia *Gunnlaugi*, antea à nobis editis, ut auctaria atqve appendices considerari possunt recens dictæ historiæ Christianismi s. Kristni-sagæ, insignemqve præstabunt usum avidis cognoscendi religionis Christianæ per Islandiam nostram progressum, nec non primorum & principum hominum, qvi dictam ibi religionem promoverunt aut firmarunt, adde, scriptorum ipsiusqve seculi genium, characteres moresqve. Facient hæc, ut si res qvædam, qvæ in *Pauli* Episcopi vita, nec non in brevi de *Thorvalldo* narratione occurrunt, exiles levesqve videantur, eæ facile excusari & possint & debeant. Qvam etiam ob rem, non est, qvod metuamus, ne qvæ in dicta *Thorvalldi* historia occurrit, sive narratio, sive fabula, de genio, Saxi ingentis incola, ab Episcopo *Friderico*,

precibus & aqva lustrali in exilium pulso, indignam videatur reddere, qvæ in lucem protrahatur: & pauca enim hæc sunt, & nil nisi genium seculi, omnibus fere gentibus communem spirant, scriptoremqve Monachum produnt, cætera scriptoris fidei ne minimum qvidem detrahunt; præcipue si rite cogitemus, ab antiqvissimis retro temporibus, majorum nostrorum animis fixam adeo sedisse, & per totum medium ævum viguisse opinionem, loca fere omnia, flumina, lacus, montes, saxa & lapides geniorum esse habitacula, vid. *Jo. Erici* specimen Observationum ad Antiqvitates Septentr., observat. 2da de Geniis, ut eam post coeptum Religionis Christianæ in Islandia cultum, cum cæterorum hominum, tum scriptorum mentibus hæsisse, minime sit mirum, nec veri absimile.

Primum commentarium *Hungurvakam*, five famis excitamentum, vocare placuit fcriptori, qvi ipfe hujus nominis caufam nos docet, dicens in prooemio five capite 1mo, pag. 3.: "ita
„ cum multis, non folum indoctis, fed
„ & imperitis, comparatum effe fe
„ judicare, ut hoc libro perlecto, mul-
„ tiplici defiderio afficiantur, originem
„ vitamqve cognofcendi virorum, qvi
„ in his (Islandiæ) claruerunt regioni-
„ bus &c." Pro more recepto antiqvis noftris Scriptoribus fere omnibus, nomen profeffus non eft dictæ *Hungurvakæ* fcriptor, nec proditum ab aliis invenimus. Attamen de ipfius fcripti ætate, & tempore qvo vixit auctor, non adeo impedita erit qvæftio.

Sub finem Seculi XII, qvo ipfo ut & proxime feqvente feculo, in hiftoria fcribenda præcipue occupati erant

Islandi, ſcriptorem noſtrum vixiſſe, rebusqve qvas ſcripſit, aut ætate æqvalem, aut certe proximum fuiſſe, indicant ſeqventia. 1) in prooemio libri dicit, cum ex aliorum celebrium hominum, tum ſpeciatim ex doctisſimi viri, *Gitzuri Halli* filii, ore & narrationibus ſe ſua hauſiſſe, qvi *Gitzurus* circa annum 1181 Islandiæ fuit Legifer, & anno 1206 ſenex obiit. vid. p. v. *Finni Johannæi* Hiſtor. Eccleſ. Islandiæ Tom. 1. pag. 195, & Kriſtni-Saga, pag. 188. 2) qvorum vitam narrat noſter, Epiſcoporum ultimus eſt *Klængus*, qvi anno 1178 morte eſt functus. 3) memorat noſter, cap. XIX, pag. 130, Islandiam neminem Sanctum habere, præter *Thorlakum* Epiſcopum, qvi Sanctorum ordini adſcriptus eſt, anno 1198: aſt præter eum, anno 1200, in album Sanctorum relatus eſt *Jonas Ogmundi* filius,

primus

primus Holensis Episcopus. vid. nota (89) pag. 131. *Hungurvakæ* nostræ adscripta. Qvæ rite pensitata, & in unum juncta, haud obscure indicant, post annum 1198, aut etiam post annum 1206, vixisse vel vivere potuisse scriptorem *Hungurvakæ*, sed intra biennium scripsisse, qvod ab anno 1198 ad an. 1200 effluxit. Plura hac de re dabunt, qvæ ex præfatione Tomi IV Historiæ Eccles. Islandiæ transscripta hic nostra fecimus (*). Nec est, qvod pro-

(*) Ibi auctor s. v. ita: " *Hungurvaka*, inqvit. s. *jejuna vigilia* (id enim nominis operi imponere autori placuit) compendium vitarum qvinqve primorum dioeceseos Skalholtinæ episcoporum continens, & circa aut paulo ante annum 1200 scripta; hoc enim anno Johannis I Holensium Episcopi sanctitas innotuit, cum contra hic autor solum, cum scriberet, inter Islandos, *Thorlacum* episcopum pro sancto habeat. Scriptor qvis sit ignoratur; qvæ vero scripsit, ipse in præfatione profitetur se excepisse ex ore viri suo seculo doctissimi *Gissuri Halli* filii, qvi qvondam „ *Sigurdi*

prolixiores hic simus, in notando errore

„ *Sigurdi* Bronchi, Norvegiæ Regis, aulæ Magister, & Islandiæ per plures annos Legifer fuerat, tandemqve anno 1206 valde *Grandævus* vitam cum morte commutavit; unde de narrationum, qvippe qvæ tam gravem tantæqve dignationis virum autorem agnoscunt, veritate dubitare non possumus; annorum vero computatio, qvam scriptor secutus est (ut Hist. Eccles. T. III. p. 201. not. (a) pluribus monui) passim vitiosa est; qvemlibet enim episcopum septem annis vetustiorem facit, atqve re vera est; idqve, ut videtur, qvia statim ab initio in anno, qvo Isleifus Episcopatum obtinuit, erravit, & deinde ab eo annos officii cujuslibet episcopi recte qvidem numeravit, sed ad annos æræ christianæ perperam retulit; qvi error calculi, per totum librum continuatus, efficit, ut uni & alteri Pontificum Romanorum tribuat, qvæ successori tribuenda erant. Cætera liber multa bonæ frugis habet ad historiam ecclesiasticam pertinentia, multasqve voces rariores, qvæ eis temporibus in usu fuerunt; cum vero, ex relatione b. *Arnæ Magnæi*, nulla ejus exemplaria hodie supersint, Apographis, qvæ episcopi *Thorlacus* & *Suenonius* superiori seculo exarari curaverunt, antiqviora, menda, qvæ præ se fert, corrigi nunc neqveunt, nisi ex conjecturis.

rore calculi, qvo uſus eſt ſcriptor in annis computandis, ſeptem integros annos à vero variantis, cum hac in re otium nobis faciant, tam recens dicta, qvam qvi plenius rem tractavit, ſ. v. *Johannis Finnæi*, hodie Epiſcopi Skalholtenſis vigilantisſimi induſtria, in annotationum decima qvarta, qvibus ſcriptoris noſtri narrationibus lucem affudit.

Qvæ de ætate ſcriptoris *Hungurvakæ* ſupra diximus, firmabunt, & poſt annum non ſolum 1206, ſed etiam 1211 eum ſuperſtitem fuiſſe, monſtrabunt ſeqventia. Qvi *Hungurvakam* ſcripſit, idem omni procul dubio fuit auctor *vitæ Pauli Epiſcopi:* id enim indicat, tum ſtilus in utroqve idem, tum plura alia, ſpeciatim idem fere in utroqve ſcripto epilogus; ſcriptorem vero recens dictæ vitæ, non

tan-

tantum *Pauli* Episcopi tempore vixisse, sed etiam mortuo fuisse superstitem, tam indicant hæc verba, qvæ habentur ad calcem capitis 18, pag. 242: *Pau-* " *lus* Episcopus se & illum Deo omni- " potenti commendavit, anteqvam " ipsum nobis auferabat mors," qvam qvæ mox subjungit scriptor, ad initium capitis, proxime seqventis 19, ubi ita: " nos, inqvit, amicorum ejus " intimi, ei superstites, ea re nobis " videbamur beati, qvod omnia fere " reliqvit emolumenta, qvæ relin- " qvere nobilissimo homini datur & " præstantissimo." Qvæ igitur ad oculum monstrant, proxime aut non diu post *Pauli* Episcopi mortem qvæ anno 1211 contigit, scripsisse auctorem nostrum.

Nobis face aliqva hoc forte prælucebit, ad dicti scriptoris nomen inveniendum. Qvodsi conjecturæ dabitur

bitur locus, veri haud abſimile erit, tam *Hungurvakœ*, qvam vitæ *Pauli* Epiſcopi auctorem fuiſſe *Magnum*, qvi anno 1215. ipſe ad dignitatem Epiſcopi Skalholtenſis evectus eſt. Hic ſupra memorati *Giſſuri* erat filius, ex cujus ore ſe profitetur ſua hauſiſſe; hic à *S. Thorlako* educatus & eruditus; hic cathedræ Holenſis cum *Gudmundo* candidatus, ſed huic poſtpoſitus, vid. Hiſtor. Eccleſ. Island. Tom. 1. p. 307. Hinc *Giſſuri* in noſtro erudiendo ſtudium; hinc *S. Thorlako* cumulatæ laudes; hinc contra in vita *Pauli* Epiſcopi iniqvi in *Gudmundum* Epiſcopum animi ſignificatio, in cujus vituperatione, veluti in *Pauli* Epiſcopi laudibus, totus fere ubiqve eſt, homo alias in vitiis Epiſcoporum haud acute cernens, aut ſi qva fuerint, ſtudioſe tegens.

Hic qvoqve, occaſione ſe nobis offerente, non eſt prætermittendum,

qvi

qvi fuit ſcriptor *Hungurvakæ* & vitæ *Pauli* Epiſcopi, eundem etiam ſcripſiſſe *vitam S. Thorlaki*, qvam manuſcriptam habemus. Hoc tum alia indicant, cum qvæ *Hungurvakam* claudunt ſeqventia pag. 138: "jam ad ea, „ qvæ de b.: *Thorlako* epiſcopo ſunt „ referenda, noſtra deducta eſt nar„ ratio; cujus qvidem hiſtoria, ut bo„ nos oblectet, utqve rerum geſta„ rum ſervet memoriam, hic eſt com„ poſita, eodem modo, qvo ſuprà „ ſcriptæ cæteræ hiſtoriæ." Qvodſi igitur *Hungurvakam* & vitam *Pauli* Epiſcopi ſcripſit Magnus Epiſcopus, ſcripſiſſe qvoqve *vitam S. Thorlaki*, recens allata haud obſcure indicant.

Thorvalldi hiſtoria alium certe, & qvem ipſa prodit narratio, Monachum ſine dubio habuit auctorem, qvi ætate antecesſiſſe videtur ſcriptorem Kriſtnisagæ ſive Hiſtoriæ Chriſtianiſmi,

mi, ſed vixiſſe poſt tempora *Gunnlaugi* Monachi, mortui anno 1218, utpote qvam *Thorvalldi* hiſtoriæ ſcriptor loqvitur pag. 298, nec non pag. 322, & narrationis ſuæ auctorem citat; niſi hæc non ab initio adfuiſſe, ſed manu recentioris eſſe adſcripta, exiſtimare vellemus: qvod ut verum eſſe posſit, ita nec abſurda erit ſuſpicio, *Gunnlaugum* ipſum forte hiſtoriæ *Thorvalldianæ* eſſe ſcriptorem, qvi cum nomen aperte profiteri nollet, id enim iſtorum ſeculorum mos non ferebat, tamen hoc pacto obſcure & tecte indicare voluit. Monachus certe fuit ſcriptor dictæ hiſtoriæ, & ſermonis genus idem fere, qvo in ſcribenda Regis *Olafi Tryggvii* filii hiſtoria uſos eſſe *Gunnlaugum* & *Oddum* Monachos, monſtrant qvi ſuperſunt dictæ hiſtoriæ codices, qvalem eam hodie habemus. Nec prætermittendum, qvod ad rem

illuſtrandam nonnihil faciet, eodem modo, qvo narratio de *Thorvalldo* loqvitur *Gunnlaugum*, Hiſtoriam Hördi (Sagann af Hörde ok Holmverium) loqvi *Styrmerum Sacerdotem*, Hiſtoriam Gretteri *Sturleum Thordi* filium, qvos dictarum hiſtoriarum ſcriptores eſſe idcirco vulgo exiſtimant, ſane non immerito aut inepte: in tanta enim aliorum hominum turba, qvi hic rerum narratarum teſtes adhiberi potuiſſent, eos ſolos eſſe nominatos, res alias mira eſſet, & ſi qva alia, inconveniens & incongrua.

Poſtqvam hæc de ſcriptoribus trium commentariorum, qvos hic vulgamus, dedimus explicata, reſtat ut ſubſidia enarrentur, qvibus uſi ſumus, in dictorum ſcriptorum editione ornanda, atqve in lectionum varietatibus colligendis. Inter manuſcripta, qvæ ſervant foruli Magnæani, 18 ex-

ſtant

ſtant Codices, *Hungurvakam* continentes, qvi omnes recens dicti libri editioni parandæ adhibiti fuere, in folio octo, à num. 204 ad num. 211, cæteri in forma, qvam qvartam vocant, à num. 372 ad num. 381; qvi Codices hic notati atqve diſtincti ſunt litteris alphabeti Latini, à littera A ad R. Inter Codices formæ in folio, qvi ſignum præfert numeri 207, *Asgeiri* manu ſcriptus, *Jonæ* filii, qvo librario uſus eſt *Torfæus*, hujusqve notis criticis & chronologicis locupletatus, is eſt, ad qvem typis eſt expreſſa *Hungurvaka* noſtra.

Dicti Codices ad qvatuor commodisſime referri poſſunt claſſes; qvare Antiqvos qvosdam, Holanos alios, alios Jorundinos, cæteros Mixtos appellare libet. Antiqvos vocamus, qvod cæteris ſunt vetuſtiores, num. 205 & 206, nec non 209 & 210 in fol.; qvi

 codi-

codices, inter lectionum diverſitates, hic notantur litteris A, B, C, D. Horum B & C omnium qvotqvot apud nos exſtant, *Hungurvakæ* codicum præſtantisſimi ſunt habendi, nempe transſcripti manu, qvæ nitide ſatis pinxit, ex progameno codice, atqve notas antiqvæ ſcripturæ, e pro æ, N pro nn, atqve þ pro d præferentes, qvi pergamenus codex tamen ſeculo XV. vix erit antiqvior, cum dicti codices, ex eo transſcripti, y pro *i* duro ubiqve habeant. Exarati dicuntur à Sacerdote qvodam Islando, *Johanne Olafi* filio. Cæteri ad hanc claſſem pertinentes, qvi notas litterarum D & A ferunt, rebus qvidem ipſis cum recens dictis conveniunt, ſed orthographiam ſi ſpectes, poſtponendi, præcipue codex A, ſcriptus manu *Johannis Giſſuri*, qvi vir, celeberrimi Epiſcopi *Brynjolfi Svenonii* frater uterinus, (vid. prooe-

mium Originum Islandiæ, Landnama-bok, pag. 11.) bonæ qvidem notæ codicibus usus est pergamenis, in vetustis libris transscribendis, sed ad formam scribendi, suo ævo receptam, recentiorem & depravatam, suam composuit. Qvi codicem scripsit D, *Johannes Erlandi* filius, sacerdos olim Villingaholti, melius stilum formavit, nec potuit aliter fieri ab homine, qvi dicto Episcopo *Svenonio* à codicibus vetustis exscribendis erat.

Holanos vocamus, qvorum agmen ducit codex E, qvi olim fuit Episcopi Holani, *Thorlaki Skulii* filii. Huc pertinent, qvi inter codices Magnæanos numerati sunt, 204 in fol., & in 4to 376. 379. 380. 381, hic vero notati litteris O. R. E. G. L. Horum præstantissimus est recens dictus E codex, sive num. 379. in pergamena exaratus anno 1654 (plures codices

pergameni *Hungurvakæ*, *Pauli*qve & *Thorvalldi* vitæ, hodie apud nos non exſtant) de qvo *Arnas Magnæus* hæc annotavit: " Scriptus videtur fuiſſe ad „ exemplar probæ notæ, multumqve „ facit ad loca reſtituenda alias inſana- „ bilia, ipſe qvamvis in multis vitio- „ ſus." Codices num. 380 & 381, ſive G & L, haud ſane ſunt ſpernendi, & ipſo, qvem nuper locuti ſumus, codice pergameno non inferiores, ac in orthographia meliores; ſed in codice L deeſt prooemium. Codex R multis mendis eſt deformis, ſed menda librarii correxit *Ar. Magnæus*, ad codicem recens dictum pergamenum. Codex O ſive num. 204 fol., exaratus manu, qvæ ductus ſuos ad normam antiqvorum formavit, dicto codice pergameno antiqvior eſſe videtur.

Jorun-

Jorundini dicuntur duo codices, num. 378 in fol. & num. 372 in 4to, litteris hic notati F & M, qvia exarati ſunt à *Ketillo Jorundi* filio, qvi vir doctrina ſeculo proxime præterlapſo celebris, (vid. Hiſtor. Eccleſiaſtica Islandiæ Tom. 3 pag. 529) in codicibus tranſcribendis ſedulus fuit, qvos perqvam nitide pinxit. Inter dictos codices, qvi littera F hic notatur, à *Ketillo* exaratus, forma in folio minima, orthographiam ubivis rite & accurate ſervat, niſi qvod pro (y) habeat (i), qvi litteræ (y) pro (i) ductus per omnes à *Ketillo* exaratos codices obvius eſt. Contra codex (M) cum recens dicto cætera conveniens, in orthographiam ſæpius impingit. Qvem dum loqvimur codicem, non poſſumus notandam ad *Hungurvakæ* paginam 56, ſed ibi omiſſam, hic intactam relinqvere

lectionis diversitatem, præcipue cum haud exigui esse momenti videatur, & sensum variare: nam pro: *obægendi*, *ef* &c., qvod habet liber impressus, in codice (M) legitur: *bægendi: en* &c.; qvæ lectio loco: *acuantur dolores*, hic ponere jubet: *leventur dolores*, *atqve eam in rem fiant vota*, sensu forsan aptiori, & qvi rei ipsi melius convenit.

Cæteri codices, qvos Mixtos diximus, modo cum hoc, modo cum isto eorum conveniunt, qvos supra recensuimus; qvare non est, ut illis diutius immoremur.

Superius dicti codices in folio, nempe A. B. C. D. O., etiam complectuntur *Pauli* Episcopi historiam, eadem, qva *Hungurvaka*, manu scriptam; qvocirca nec opus est, ut de illis plura dicantur. Hoc tamen notare abs re

non

non erit, præter dictos codices, inter Mſta Magnæana exſtare duo fragmenta in 4to, num. 384 & 389, hic ſignata litteris S & T, qvorum poſterius in omnibus fere convenit cum ſupra memoratis codicibus A & B; codex vero S manus eſſe videtur ſat celebris antiqvarii Islandi, *Biörni in Skardza*. Fragmentum hocce ad nonnulla, ſed pauca loca emendanda uſui fuit.

Ad hiſtoriam *Thorvalldi* ut deniqve veniamus, duo tantum apud nos exſtant codices ejus chartacei, qvi alicujus ſunt pretii, ambo ſeculo proxime præterlapſo ſcripti, alter, qvi hic ſignum litteræ (A) præfert, inter Mſta Magnæana, num. 552 in 4; qvi codex, ſi orthographiam ſpectes, non ſpernendus, ſed in rebus narrandis nimium brevis, compendium videtur eſſe alterius codicis, qvi hic (B) dicitur,

citur, ad qvem igitur, plerisqve in locis, typis expressa est, qvam hic damus, *Thorvalldi* historia, sed ex codice (A) emendata, ex qvo, bona favente fortuna, qvæ in (B) corrupta erant, aut deleta vetustate, aut aperte falsa, qvalis e. gr. erat anni numerus sub calcem libri adscriptus, corrigi & restitui potuerunt. Dictum codicem inter suos numerat doctissimus Studiosus Islandus *Gud. Magnæus*, cujus opera in indice chronologico, in interpretatione latina, historiæ præsertim *Pauli* Episcopi & *Thorvalldi*, nec non in indice rerum & nominum concinnando usi sumus, sed ita, ut dicta interpretatio, ubi ea re potissimum opus videbatur, nonnihil & qvantum fieri potuit, sit emendata. Id qvod monere hic necessarium duximus, ne qvæ inter prima dictae inter-

pre-

pretationis, qvod opus eſt cujusdam noſtrum, atqve ultima deprehenditur diverſitas lectorem offendat.

Qvæ cætera ſunt, tulit inſtituti noſtri ratio, ut chronologia adſcriberetur; ut res, qvæ narrantur, paſſim annotationibus illuſtrarentur, qvas operæ & ſtudio ſ. v. *Johannis Finnæi*, hodie Epiſcopi Skalholtenſis meritiſſimi, nos debere grati profitemur; ut Lectionum varietates annotarentur; & ut non tantum index chronologicus, ſed etiam index alius duplex, alter vocum, cui perficiendo operam adhibuit doctisſimus harum rerum *Johannes Olavius*, alter rerum & nominum, nec non tabulæ genealogicæ, opus doctisſimi *Grimi Thorkelini*, qvatuor adjicerentur, de qvibus omnibus qvæ dicere viſa ſunt neceſſaria, in prooemiis ad Kriſtniſagam

nec

nec non *Gunnlaugi* historiam monuimus; qvocirca hic eadem iterare nolumus.

Scribebamus Hafniæ non. Decembr. MDCCLXXVIII.

LÜXDORPH. SUHM. KOFOD ANCHER. ERICHSEN. SCHÖNING. SCHLEGEL.



Corrigenda.

Pag. 61.	not.	38.	pro, ſt, lege: ita.
— 77.	Lin.	4.	— ante, lege: poſt.
— 97.	—	9.	— cimbria, lege: fimbria.
— 131.	—	ult.	— qvam hodie, deleatur.
— 157.	—	18.	— ſtipatum, lege: ſtipatus.
— 165.	—	8.	— viſum, lege: gaviſum.
— 200.	—	14.	— giöningi, lege: giöringi.
— 204.	—	12.	— magt, lege: margt.
— 246.	—	11.	— Skyni, lege: Skini.
— 256.	—	6.	— kunni, lege: unni.
— 266.	—	5.	— meſtar, lege: meſtr.
— 258.	—		hic littera (h), ſignum diverſitatis lectionis, errore qvodam interpunctionis, relata eſt ad vocem & periodum præcedentem, cum ad ſeqventem pertineat; qvi idem error, pluribus in locis, in *Thorvalldi* hiſtoria occurrit, dicto modo corrigendus.
— 280.	—	ult.	— yckur, lege: yckar.
— 302.	—	5.	— peſſ, lege: þeſs.
— 303.	—	11.	— poſt *valle*, adde: filius *Thorkelli Grenjadi* filii.

In

In Indice Chronologico.

Pag. 341. Lin. 9. pro *Johannes*, lege: *Johannei.*
— 349. — 26. — Aegliæ, lege: Angliæ, & lin. ult. pro odiit, obiit.
— 351. — 9. — *Náll*, lege: *Niáll.*

In Indice Rerum & Nominum.

— 363. — 14. — præcepto, lege: præcepta, & pro vigidä, rigida.
— 371. — 7. — freqvans, lege: freqvens.
— 372. — 19. — cantileaa, lege: cantilena, & lin. 22. pro in, vi.
— 376. — 14. — opietus, lege: qvietus, & lin. 19. post eruditus, ponatur; Islandiam.
— 382. — 6. — moralis, lege: morales.

In Indice Vocum.

— 393. — 4. — bere, lege: bera.
— 394. — 14. — Κοϱϱη, lege: Καϱα, v. Καϱη.
— 405. — 26. — φβυδη, lege: φϱάδη,
— 410. — 10. — ϱευω, lege: υευω, & lin. ult. corneum, pro, cornerum.
— 411. — 26. — kyrkium, lege: kyrkiuna.
— 412. — 15. — tel, lege: til.
— 413. — 16. — hvatember, lege: qvatember.
— 414. — 12. — encoenia, lege: encænia.
— 415. — 10. — kvada, lege: kveda.
— 416. — 23. — maculus, lege: maculas.
— 423. — 7. — μοϱος, lege: μονος.
— 425. — 13. — βωμη, lege: ϱωμη.
— 426. — 13. — βοδος, lege: ϱοδον.
— 434. — 7. — biniō, lege: bini.
— 437. — 12. — apparaeus, lege: apparatus.



HUNGRVAKA.

I. Cap.

Bækling þenna kalla ec *Húngrvöku*; af því at svo mun mörgum mönnum ófródum oc þó óvitrum (a) gefit vèra; þeim er hann hafa yferfarit, at miklu mundu giör vilia vita upprás oc æfi þeirra merkis manna er her verit hafa oc fátt verdr fráſagt á þessari ſkrá. Enn ec hefi þó náliga öllu vidſlegit at rita, þat ſem ec hefi í minni feſt; hefi ec af því þenna bækling ſaman ſett, at ei falli mer med öllu úr minni þat er ec heyrda af þessu máli ſegia hinn (b) fróda mann *Gitzúr Halls* ſon (1) oc enn (c) nockura menn adra

(a) virdaz, *reputabitur*. H. M. Q.
(b) fródaſta. C. fróma, *probum*, H. J. K. Q.
(c) marga, *multi*. F.

(1) De Giſſure Halli filio vid. *Langebek* Scriptor. Rer. Dan. Tom. 2. pag. 513. *F. Johannæi* Hiſtor. Eccl. Island.

Cap. I.

Libellum hunc famis incitamentum voco, eò qvòd ita cum multis, non solum indoctis sed & imperitis, comparatum esse judico, ut, eo perlecto, multiplici desiderio afficiantur originem vitamqve noscendi virorum, qvi in his claruerunt regionibus, de qvibus ut pauca qvidem attigi, ita tamen ferè omnia, qvæ mihi succurrebant, huic scripto includere animus fuit. Eqvidem libellum hunc duplici ratione conscripsi, tum ne mihi e memoria laberentur, qvæ Giſſurem Halli *filium, virum doctissimum, de his rebus narrare audivi, qvæqve qvidam*

A 2 *alii*

Island. Tom. 1. pag. 195. Genealogiam ejus exhibuimus ad calcem *Kristnisaga* pag. 188. Ubi observandum, ipsum illum Teitum Haukadalensem, qvi nostri avus erat, fuisse filium Isleifi Episcopi, cujus majorum series enumeratur loc. cit. pag. 189. 192. 193.

adra merkiliga hafa í fráſögur fært. Þat ber oc annat til þeſſa rits at tegia til þeſſ únga menn, at kynniz vort mál at ráda (d) þat er á *Norrænu* er ritat, lög, edr ſögur, edr mannfrædi; ſet ec af því heldr þetta á ſkrá, enn annan fródleik þann er ádr er ſkráſettr, at mer ſýniz mínum börnum edr ödrum (e) úngum mönnum, vera í ſkyldaſta lagi at vita þat (f), hvörnin framaz edr med hvörium hætti at her hefr magnaz kriſtnin oc Biſcups ſtólar ſetter verit her á *Islandi*, oc vita ſídan hvorer (g) merkismenn þeir hafa verit Biſcuparner er her hafa verit, oc ec ætla nú frá at ſegia; enn þat ſkyldar mic til at (h) greina hvorſu ſtadrinn hefr eflz oc magnaz í *Skálaholte*, oc um þeirra manna rád er hann hafa vardveittan; (i) at ec hefir med

(d) þá á norræno, *plures*.
(e) úngmennum, 6. *Codd.*
(f) edr forminnaz, *pro* huernin framaz 4.
(g) mætis menn. A. B. C. D: & 4 *alii*.
(h) vita, *ſciam*. *Qvidam Codd.*
(i) enn *pro* at, *plures*.

alii celebres viri præterea tradiderunt, tum, ut adolescentes alliciantur ad lingvam nostram noscendam, quæ Norræna, (*Norvegica*) *audit, sive legum codices, seu historiarum monumenta, ii-ve, qvi in honestioribus disciplinis versantur, libri consulendi sint. Atqvi eam potissimum ob causam hanc mihi præ aliis, qvæ jam dudum pertractatæ sunt, scientiis materiam elegi, qvòd illud præcipuè & liberis meis, & juventuti reliqvæ officium incumbere autumo, ut discant, qvo pacto, hic in* Islandia *ortum duxerit, & incrementa ceperit* Christiana *religio, sedesqve episcopalis constitutæ sint; porro, qvibus meritis excelluerint viri, de qvibus nunc dicere aggredior; & qvoniam iis, qvicqvid mihi in vita commodi accidit, totum debeo, tanto magis obligatum me dico, ut qvibus ex causis robur suum & potentiam nacta sit ipsa Cathedra* Skalholtensis, *& qvalis illorum, qvi eam*

A 3 *tutati*

med Guds miſkunn alla gæfu af þeim hlotit þeſſa heims; enn mic varer at vitrum mönnum muni þikia bæklingr þeſſe jafnlíkr ſem hornſpónar efne; (k) þat er óſimligaſt, medan vangiört er, enn þá (l) allfagrt er algiört er. Enn þeir menn er ſvo henda (m) gaman at þeſſum bæklinge, mega þat af nýta at ſkemta ſer vid, oc þeim ödrum er lítillátliga vilia til hlýda, helldr enn hætta til hvat annat legſt fyrr, þá er ádr þikker dauſligt; því margr hefr þeſſ raun, ef hann leitar ſer ſkammrar ſkemtanar, at þá kemr eptir á laung áhyggia; ſýniz mer þat rád, (n) at hver hafi af þeſſu ſem her er ritat, þann fródleik, er beſt gegnir, oc hann hendi ſvo gaman at, oc vardveiti þat eptirá, er ſiálfum mun í ged falla, enn felli þat nidr er

(k) af því at er óefniligaſt, 4. óſmidligaſt, 3.
(l) afla giört, 4.
(m) giarnan *pro* gaman A. B. C. D.
(n) at ſá hafi af þeſſum fródleik, (er) hinum fát-ka er ritadr, er beſt gegnir; G. Q. R. af þeſſu --- fátæka. *plurimi.*

tutati sunt, gubernatio fuerit, edisseram. Suspicor autem, libellum hunc à prudentibus assimilatum iri materiæ corneæ, ex qva cochlearia vulgo fabricamus, qvippe qva nihil abjectius videtur, qvamdiu rudis est, atqvi eadem, si bene informatur, venustissima apparet. Si qvibus autem libellus placeat, iis hanc ex eo utilitatem capere licebit, ut & se ipsos oblectent, & alios; qvi ad audiendum faciles & modestos se præbeant, neqve potius ducant, qvicqvid primum se offert, arripere, qvando eos ceperit tædium. Qvem enim non experientia docuit, breviusculam voluptatem longum sæpe post se trahere fastidium. Eqvidem consultum duco, ut unusqvisqve inde decerpat, qvam sibi convenientissimam ducat, qvæqve adeo sibi arrideat, doctrinam, servando qvod placeat, & negligendo, qvod minus. Magis utiqve decebit, eos, qvi rectio-

er honum fellr ei á skap. Enn þeim sýniz mer þat best (o) sóma er bæta vilia um þat er ádr þiker her ómerkiliga sagt vera oc þeir vita annat sannara, heldr enn þeir færi þetta edr hafi at spotti, enn vilie ei edr hafi ei faung á um at bæta; enn því hefer ec jafnat þessu til horn-spónsins, at mer sýniz forkunnar efni í vera, enn ec veit at miöc þarf um at fegra, oc skal ec þadan (p) at um vera, medan ec er til fær, um at bæta, verd ec oc (q) af því skyldugr til, at þad muni af mínum völdum oc vanrækt, ef þat er nockut í þessu máli, sem rángt reyniz þat er ritat er, enn ei þeirra manna er ec þikiunz þenna fródleik (r) eptir hafa. Enn þat er forn ordskvidr at hús skal (s) hiónum fá, segi ec af því fyrst hvorsu bærinn hefr bygdr verit i *Skálaholti*, enn sídan frá þeim er stadinn hafa vardveittann.

II. Cap.

(o) sagna. F.

(p) af. G. *Qvidam omittunt.*

(q) at þvi. O.

(r) eptir gefa. F. & s. *al.*

(s) hióna. E. G. O. R. hús skal hiónum bióda edr fá. M Q.

ra noverint, minus accuratè traditâ in melius mutare, qvàm qvibus ad hoc vel animus defuerit, vel facultas, qvæ scripsimus in pejus traducere, vel habere ludibrio. Ideo autem hoc opusculum cochleari corneo simile dixi, qvod ei egregia qvidem inesse videatur materia, sed qvam magnopere lima indigere sentio; utqve eam totis viribus, & qvam maxime possum, expoliam, me obstrictum duco. Merito enim, si qvid prave dictum deprehendatur, incuriæ id meæ adscribendum, mihiqve vitio vertendum est, neutiqvam verò viris illis, qvorum ex ore me singula hausisse profiteor. Qvoniam verò, ut in proverbio est, ædes poscit familia, primùm aggredior dicere, qvomodo villa in Skálholtó *ædificata fuerit, & postea de iis, qvi sedi episcopali præfuerunt.*

A. C.

II. Cap.

Ketilbiörn (2) hinn *Gamli* (t) bió á *Mosfelli* oc átti margt barna. *Teitr* het ſon *Ketilbiarnar*, hann var ſá gæfumadr at hann bygdi þann bæ (u) fyrſt er í *Skálabolti* heitir, er nú er allgöfugaſtr bær á öllu *Islandi*; ſú var önnr gæfa hans at hann átti at ſyni *Gitzur* hinn *Hvíta* (3) er med kriſtni kom út til *Islands*, oc bió í *Skálabollte* eptir *Teit* födr ſinn. *Gitzur* hinn *Hvíte* átti þriár (x) konur; fyrſt átti hann *Halldóru* dóttr *Hrólfs* af *Gautlandi*, þeirra dóttir var *Vilborg* er átti *Hialti Skeggia*ſon (4); *Gitzur* átti ſídan (y) eyverſka konu er *Þórdís* het, oc var þeirra ſon *Ketill*, er átti *Þorkötlu Skapta* dóttr; *Gitzur* átti ſídarz

(t) Ketils ſon, *Ketelis filius*. L. *addit*.
(u) fyrſtr, *primus*. F.
(x) þeſſar *pro* þriar. F. & 10. *al.*
(y) Eyfirdſka, J. Svenſka, *Svecam*. H. M. Q.

---

(2) De Ketelbiörne Grandævo vid. *Ladnámabók* Edit. Hafn. pag. 368. *Sturlúngaſaga* libr. 4. cap. 1. Ejus genealogiam vide in *Kriſtniſaga* pag. 192.

Cap. II.

A. C.

Ketilbiörn Grandævus *habitavit in* Mosfello, *&* *multos habuit liberos. Unus filiorum ejus* Teitus *nominabatur; vir felix, tum quòd villam, quæ* Skalholtum *appellatur, totiusque* Islandiæ *celeberrima est, ædificavit, tum quod* Giffurem Album, *qvi Christianam religionem in* Islandiam *introduxit, & in* Skalhollto *post patrem* Teitum *habitavit, genuit. Tres* Giffuri Albo *uxores erant. Duxit primum* Halldoram, Hrolfi *ex* Gothlandia *filiam, ex qvo conjugio nata est* Vilborga, *quæ* Hiallcio Skeggii *filio nupsit. Deinde foeminam ex insulis,* Thordisam *nomine, eratque eorum filius* Ketell, *maritus* Thorkatlæ, Skaptii *filiæ. Denique* Thordisam, *filiam* Thor-

(3) De Giffure Albo vid. *Kristnis.* pag. 8. 189. 192. *F. Johannæi* Hist. Eccl. Isl. Tom. 1. pag. 58. seqv. & loca nuper cit.

(4) Plura de Hiallrio Skeggii filio vid. *Kristnisaga* p. 9. 66. seqv. & *F. Johannæi* Histor. Eccl. Isl. Tom. 1. pag. 57. seqv. 79.

A. C. ſidarz *Þórdíſi* dóttr *Þórodds* Goda (5) á *Hialla* í *Ölveſi*, oc áttu þau margt barna, þeirra ſon var *Isleifr*, hönum fylgdi *Gitzur* utan, oc ſeldi hann til læringar abbadíſi einni í börg þeirri er *Herfurda* (6) heitir. *Isleifr* kom ſvo til *Islands*, at hann var preſtr oc vellærdr, hann kvongadiz oc feck *Döllu Þórvallds* dóttr úr (z) *Áſi*. Þau gátu þriá ſonu. *Gitzur* het ſon þeirra, er ſidan var Biſcup. Annar het *Teitr*, er bió í *Haukadal*, þridi *Þórvaldr* er bió í *Hraungerdi*, mikill höfdingi. *Gitzur Hvíti* let giöra hina fyrſtu kyrkiu í *Skálaholti*, oc var þar grafinn at þeirri kyrkiu. *Isleifr* bió í *Skálaholte* epter födr ſinn; *Isleifr* var vænn madr at áliti, oc vinſæll vid alþýdu oc alla æfi rettlátr oc rádvandr, (a) giöfull oc gódgiarn, enn alldrei audigr; enn er *Isleifr* var fimtugr at alldri, oc *Island* hafdi ei (b) fiarri því at

(z) Hálſi í Hnióſkadal *rectius eſſe ſentit* A. Magnæus, *in margine exemplarium*, F. M.

(a) giafmilldr. F. M.

(b) fiarri áleingd. A. B. C. D. *cum pluribus.*

Thoroddi *Pontificis in* Hialla *in* Ölveso, A. C.
multosqve hi conjuges procrearunt liberos. Erat filius eorum Isleifus, *qvem* Gissur *peregrinationis comitem habuit, & cuidam abbatissæ erudiendum tradidit in urbe, qvæ* Erfurda *dicitur. Erat verò* Isleifus *& sacerdos, & bene doctus, cum in* Islandiam *rediret. Matrimonium iniit, duxitqve* Dallam Thórvalldi *filiam in* As. *Eorum tres filii erant, unus* Gissur, *postea episcopus, alter* Teitus, *qvi postea in* Haukadal *habitavit. Tertius, cui* Thórvalldo *nomen, habitabat in* Hraungerde, *vir dignitate conspicuus.* Gissur Albus *primum in* Skalhollto *templum, in qvo & sepultus est, exstruxit.* Isleifus *in* Skalhollto *habitavit post patrem. Erat* Isleifus *forma spectabilis, popularis, semper justitiæ & honestati addictus, largus & beneficus, at opulentus nunqvam. Postqvam* Isleifus *qvin-*

(5) De Thorodda Pontifice vid. *Kr[illegible]saga* pag. 8. 90. & *Gunnlaugssaga Ormstungu* pag. 57. 63. 315. Ubi & Isleifi genealogiam, ex ramo in *Kristnisaga* loc. cit. omisso, exhibuimus.

(6) Abbatissam illam Erfordensem nominant *Kristnisaga* pag. 106. & *Landnámabók* in Mantissa p. 382.

A. C. at lengd verit kristit, þá var hann bedinn til utanferdar, oc (c) valinn til Biscups af allri alþýdu á *Islande*. Sídan fór hann utan, oc sudr til *Saxlands*, oc sókti heim *Henrik* Keýsara *Konrúds*son, oc gaf hönum hvíta biörn er kominn var af *Grænlandi*, var þat dýr hin mesta gersemi; enn Keysarinn feck *Isleifi* bref sitt med insigli um allt veldi sitt, sídan fór hann til fund-
1056 ar vid *Leonem* Páfa (7), enn Páfinn sendi bref sitt *Adalberto* Erkebiscupi í *Bremen*, at hann skyldi gefa *Isleifi* Biscups vígslu á hvítdrottinsdag, oc qvedz Páfinn þess vilia vænta med guds miskunn, at þá mundi (d) lánggædust tign vera at þeim biscupsdómi, ef hinn fyrsti Biscup væri vígdr til *Islands* á þeim degi er gud prýddi alla verölld í gift H. anda, oc var *Isleifr* þá vígdr til Biscups á þeim degi at bodordi Páfa af *Adalberto* Erki-

(c) valldr, *pleriqve*. (d) lángædust. H.

(7) De Papa Leone, num Isleifus eum convenerit, qvædam annotavimus ad *Kristnisögam* p. 106. seqv.

Stur-

qvinqvagesimum ætatis annum absolve- A. C.
rat, Islandiâ *jam durante eodem fere temporis intervallo Christianis sacris initiata, rogatus, ut exteras adiret regiones, ab universo populo episcopus eligitur. Peregre deinde austrum versus in* Saxoniam *profectus, Imperatoris* Henrici, Conradi *filii, aulam petiit, eiqve ursum album, in* Grönlandia *captum (qvod animal pro maximo cimelio reputabatur) dono dedit. Imperator autem* Isleifum *litteris, sigillo suo munitis, per regnum suum transeuntem instruxit, qvo facto,* Isleifus Leonem 1056
Pontificem M. adiit. Pontifex litteras ad Adalbertum *Archiepiscopum* Bremensem *mittit, ut* Isleifum *episcopum consecraret* festo Pentecostes, *addens: confidere se, dignitatem hujus episcopatus dei gratia diuturnam fore, si primus* Islandiæ *episcopus initiaretur ipsa ea die, qva Deus totum orbem sancti spiritus communicatione ornaverat.* Isleifus *igitur, eadem, qva Pontifex*

Sturlúngasaga libr. 4. cap. 1. conceptis verbis eum appellat Leonem Nonum. Hoc certum est, qvod obitus Leonis Noni in Islandiam non potuit esse perlatus ante Isleifi ad exteros abitum.

A. C. Erkibiscupi í *Bremen* IIII nóttum fyri
1056 Columba messo (8) oc feck Erkibiscup hönum alla þá (e) [4]reidu er hann þurfti at hafa med Biscupstign, epter því sem Páfinn sendi ord til oc Keysarinn. Sídan fór *Isleifr* Biscup þat sama sumar til *Islands*, oc setti Biscupsstól sinn í *Skálaholti*; hann hafdi naud mikla á marga vega í sínum Biscupsdómi, fyri sakir (f) óhlýdni manna, má þat af því merkia nockut, í hvörum naudum hann hefir verit, fyrer saker ótrú oc óhlýdni, oc ósidu sinna undirmanna, at Lögmadrinn átti mædgur tvær, oc þá lögduz sumer menn út í víkíng oc á (g) herskap, oc mörg endemi tóku menn þau til önnr, þau er nú mundi ódæmi þikia ef menn hendti slíkt. Um daga *Isleifs*

(e) sidø, *moribus*, F. & 4. *al.* hlüti, *rebus*, H. K.
(f) óheillra manna. M. Q.
(g) herskip, *naves bellicas*, B. D. & 3 *al.* hernat F. M.

---

(8) Omnes nostri *Annales* in anno 1056 consentiunt, qvo Isleifus inauguratus fuerit, nam *Compilationem* *Odden-*

tifex jusserat, die in Episcopum inauguratus est ab Adalberto *Archiepiscopo* Bremensi *quarta nocte ante festum* Columbæ. *Instruxerat eum Archiepiscopus omnibus rebus ad munus Episcopi obeundum necessariis; prout Pontifex & Imperator mandaverant. Eodem anno vertente Episcopus* Isleifus Islandiam *petiit, & Cathedram episcopalem in* Skalholto *fixit. Multum illi molestiæ variis modis in hoc officio devorandum fuit, detrectante obsequium populo. Quas autem ærumnas irreligiosi & contumaces subditi, eorumque pravi mores, ei creaverint, vel ex hoc satis liquere potest, quod Legifer matrem & filiam eodem thoro sibi copulaverat, quod quidam piraticam exercerent & prædarentur, multaque alia flagitia exer-* A. C. 1056

Oddensem, qve hanc solennitatem ad annum 1055 refert, non moramur. Cum vero festo Pentecostes inauguratus fuerit, illud hoc anno in diem 26 Maji incidit, adeoqve 14 noctibus ante festum S. Columbæ, ita ut hic sit mendum IV; pro XIV. unico X. culpa librariorum omisso.

A. C. *Isleifs* Biſcups komu út Biſcupar af ödrum löndum oc budu margt linara enn *Isleifr* Biſcup, urdu þeir af því vinſælir vid vonda menn, þar til er *Adalbertus* Erkibiſcup ſendi bref ſitt út til *Islands*, oc bannade mönnum alla þiónuſtu af þeim at þiggia, oc (h) kvad þá ſuma vera bannſetta, enn alla í óleyfi ſinu farit hafa. Um daga *Isleifs* Biſcups, kom út Biſcup ſá er (i) *Kolr* het, oc andadiz hann út her, hann var grafinn í *Skálaholti*, oc var ſú kyrkia her á landi fyrſt prýdd í tígins manns (k) greftri, enn at rettu kallaz má andlig móder allra annara vígdra húſa á *Islandi*. *Isleifr* Biſcup hafdi ávalt óhægt bú fyri peninga, voru tilfaung lítil, enn (l) adſókn mikil, oc var hönum af því ervidt búit. Margir menn ſeldu hönum ſonu ſína til læríngar, oc voru þeir ſídan gódir kennimenn, enn tveir urdu Bi-

(h) bad. G. R.
(i) Ketill. F. & 6. *al.*
(k) grepti. F.
(l) áſókn. A. B. C. D. & 4. *al.*

exercerent, quæ, si nunc acciderent, pro A. C.
portentis haberentur. Isleifi *tempore ab aliis regionibus episcopi huc advenerunt, qvi multa remissius fieri, quam* Isleifus *jusserat, mandabant, & hac ratione malevolorum hominum sibi conciliabant favorem, donec* Adalbertus *Archiepiscopus, missis huc in* Islandiam *litteris, omnes eorum ministerio uti vetuit, quosdam eorum communione fidelium exclusos, omnes vero injussu suo huc profectos, commemorans. Etiam, sedente* Isleifo, *peregre huc advenit episcopus,* Kolus *nominatus, qvi hic (in* Islandia) *mortuus & in* Skalholto *sepultus est; & sic primum omnium inclyti viri tumulo honestatum est hoc templum, qvod merito omnium sacrarum in* Islandia *ædium matrem spiritualem dixeris. Solitum* Isleifo *erat argenti penuria laborare, pauca in acceptum referre, multa in expensum; hinc crebra rei familiaris angustia. Multi filios suos ejus fidei erudiendos commisere, qvi postea egregii evaserunt sacerdotes, qvin & duo illorum episcopi*

 facti

A. C. Biſcupar, *Kolr* í *Vík*, auſtr í *Noregi*, (9) oc *Jón* Biſcup at *Hólum*.

1080 Enn þá *Isleifr* hafdi Biſcup verit (m) XXIIII. vetr (10), þá tók hann ſótt á alþingi um (n) meſſu, ſvo faſt oc ſkiótt at hann vard þegar at fara úr meſſu klædum, oc fór þá í (o) meſſu klædinn *Guthormr* preſtr *Finnólfsſon* úr *Laugardal*, at rádi Biſcups, oc tók þar til meſſunnar er Biſcup hvarf frá, oc laukmeſſunni. Sídan var Biſcup færdr heim í *Skálaholt*, oc var giört rúm hanns í kyrkiu, menn leitudu þá eptir (p) heilrædum vid hann, bædi um Biſcups koſning oc þá hluti adra er þeim þótti at ſkyldu þurfa um at tala; enn hann lagdi þau rád til, at þeir ſkyldu bidia til *Guthorm* preſt til utanferdar, oc caldi hann beſt tilfallinn af þeim mönnum er þá voru ſamlendir, enn ſagdi þó, at þeim mundi

(m) XXV. M. N. P. Q.
(n) á Mário meſſo. M. Q.
(o) meſſuföt. A. B. & 6. *al.*
(p) heilrádum. A. B. C. D.

facti sunt, Kolus *in* Vikia, *orientem versus in* Norvegia, & Johannes, *episcopus* Holensis. A. C.

1080

Cum Isleifus *per* 24 *hyemes episcopus fuisset, in conventu universali, sub ipso missæ officio, tam acri & subito morbo correptus est, ut amictum sacrum exuere coactus fuerit, quem consilio ejus, sacerdos* Guthormus Finnolfi *filius ex* Laugardal *resumens, & in vicem episcopi subiens, officium continuavit & absolvit. Postea episcopus ad* Skalholtum *reducitur, eique lectus in templo* [illegible]*atus est. Consulebatur tunc de eligendo episcopo, aliisque rebus, quæ maximi videbantur momenti. Inter alia tum autor fuit persvadendi* Guthormum, *ut peregre abiret, eum enim omnium, qui in* Islandia *tunc degebant, maximè idoneum fore. Submonuit tamen, diu præstolatu-*

(9) Kolus Episcopus expressis verbis appellatur, in qvibusdam Annalibus, *Osloënsis*. Conf. *Langebek* Scriptor. Rer. Dan. Tom. 2. pag. 512.

(10) Episcopo Isleifo 24. officii annos attribuunt *Arius Polyhistor* Selecd. Edit. Havn. pag. 56. & *Kristnis.* Edit. Havn. pag. 108.

A. C. mundi seint audit Biscups á *Islandi.* 1080 ef þeir heti (11) ei því at vera (q). vid þann sæmiligar er sídar kæmi til enn þeir höfdu vid hann verit. Hinn efra hlut æfi *Isleifs* Biscups, bar marga hluti hönum til handa þá er miöc birtu gædsku hans, fyri þeim mönnum er þat kunnu at skynia, af því, at marger menn óder voru þeir færdir hönum til handa, er heilir gengu frá hanns fundi. Munngát blessadi hann þat er (r) skiadak (12) var í, oc var þadan frá vel drekkande, oc margt annat þessu líkt bar hönum til handa, þótt ec greini nú ecki svo serhvat þat sem hann giördi, oc hinum vitrustu mönnum þótti hinir mestu kraptar fylgia. *Isleifr* var vígdr til Biscups þá hann var fimtugr at aldri

(q) þeim hlýdugri. A. B. F. & 7 *al.*
(r) skadsemd, *nocivum qvid.* N.

(11) Hanc stipulationem anno 1050 vel 1054 factam, & anno 1082 repetitam fuisse, tam ex nostro Auctore colligi potest, qvam a S. V. F. *Johanneo* pluribus adstructum est, in Hist. Eccl. Island. Tom. 1. p. 133.

laturos esse, antequam episcopo bearetur Islandia, *ni majorem successori suo, quam sibi, obedientiam præstare promitterent. Sub extremum* Isleifi *tempus multa sanctitatis ejus indicia diligenter attendentibus manifestata sunt, nam & multos mente captos, qvi ad eum deferebantur, sanatos dimisit, & cerevisiam lolio, qvod cerebro nocet, infectam, adhibita benedicendi formulâ, innoxiam reddidit, ut plura ejusmodi prætéream, neqve enim omnia ejus facta, qvæqve præcipua virtutis signa continuisse à prudentioribus observatum est, enumerare est animus. Initiatus in episcopum* Isleifus *est anno ætatis* 50, Haraldo, A. C. 1080

B 4

(12) *Skiadak* illud, cujus etiam mentio fit *Specul. Reg.* pag. 322. non videtur fuisse *Myrica Gale*, Dan. Pors, sed lolium temulentum, Nidarosiensibus *siak*, *skiaak*, vel *siaak*, Gothlandis vero hodiedum *skiäde*, qvod fatuitatis, qvin & cæcitatis temporaneæ inducendæ effectum habet, præsertim in potulentis; Vid. Act. Societ. Scient. Holm. Anni 1743. C. *Linné* Flora Svecic. No. 103. Figuram exhibet *Oeder* in Flor. Dan. fascic. 3. fig. 160, & synonyma in Nomencl. Flor. Dan.



A. C. ri (13), þá var *Haraldr Sigurdarson*
1080 Kóngr yfer *Noregi*; *Isleifr* Biscup andadiz á drottins degi í kyrkiu í *Skálaholti*, um middegi dags (s), IIII nóttum (t) fyri seliumanna messo, þá hafdi hann Biscup verit (u) XXIIII. vetr, oc var hann grafinn hiá leidi *Kols* Biscups, þá var lidit frá híngatburdi Krists (x) M. ára LXXIII. vetur (14).

III.

(s) at midium degi dags. E. G. O. R.

(t) þremur nóttum, *legit* A. Magnæus *in margine*. M. (u) XXV. N.

(x) MLXXX. K. J. *Qvi communem hunc calculum ubiqve seqventes eatenus à reliqvis exemplaribus discedunt.*

(13) Qvod Isleifus ætate qvinqvagenarius inauguratus fuerit, cum nostro asserit *Arius Polyhistor* Sched. pag. 56. Sed noster pridem dixerat Isleifum tunc electum fuisse, qvæ sententia inde roboris qvoddam adipiscitur; qvod Autor noster dicat, Fridericum unicum Episcoporum ante religionem christianam legibus receptam, sive ante annum 1000, & Kolum tempore Isleifi in Islandiam advenisse, cum tamen hic anno 1001 aut 1002 in Islandia fuerit. Vid. *Viga-Glumssaga* pag. 240. & *Finni Johannæi* Histor. Eccl. Isl. Tom. 1. pag. 87.

(14) Cum hac vice primo apud Autorem occurrat calculus chronologicus ad annos Christi determinatus, qvi calculus per totum librum eodem fundamento su-



raldo Sigurdi *filio*, *Rege* Norvegiæ. *A. C.*
Decessit die dominica, *hora merediana*, 1080
in templo Skalholtensi, *qvartâ nocte ante festum Sanctorum in Selia*, *postqvam sedisset per* 24 *hyemes*, *& prope tumulum* Koli *episcopi sepultus est. Transierant tunc à natali die Domini J. C.* 1073 *anni.*

superstruitur, & ita sibi constat, ut mendum librarii hic vix admitti qveat, operæ pretium esse ducimus, si collatis invicem Datis dispiciamus, num hæc simul consistere qveant. Præter communem tot exemplarium *Hungrvaka* consensum, qvorum recensum in Præfatione exhibuimus, multum roboris huic calculo conciliari videtur ex expresso consensu *Vitæ Thorlaci Sancti*, *Vitæ Pauli Episcopi*, utriusqve ab auctore non tantum coævo, sed &, ut videtur, utriqve viro familiari conscriptæ, *Vitæ Jonæ Episcopi Holensis*, & *Legendæ* perantiqvæ *de Sancto Thorlaco* Episcopo, qvam ex *Breviario Nidarosiensi* exhibet *Danske Magazin* Tom. 3. p. 9. sq. Sed qvotqvot illa testimonia sint, accuratius tamen perpensata corruunt, nam *Vitæ Sancti Thorlaci* & *Pauli* Episcoporum absqve dubio eundem autorem agnoscunt, ac *Hungrvaka*, sed *Legenda de Sancto Thorlaco* ex ejusdem *vita* excerpta esse videtur, ita ut omnes hæ historiæ unius tantum testis loco habendæ sint; *Vita autem Jonæ Episcopi Holensis* hoc

A. C. hoc loco aperte sibi contradicat, cum primo dicat, *Isleifum Episcopum post viginti qvatuor annos in officio exactos, obiisse die dominica 5. Non.* (mendum hic est, & legendum, aut die 5 Julii, aut 3 Non. Julii) *Julii, sive pridie octavam Apostolorum Petri & Pauli, octoginta annis post cædem Regis Olai Tryggvini*, qvæ omnia ad amussim qvadrant in annum Christi 1080; nihilominus dicta *Jonæ Episcopi Vita* annum Isleifi emortualem secundò refert ad annum Christi 1073, qvo anno 5. Non. Julii incidit in diem Jovis, & 3 Non. Julii in diem Veneris, ita ut, qvomodocunqve calculus ille sumatur, consistere neqveat. Similiter & *vita Johannis Episcopi* dicit Johannem illum, postea *Sancti* nomine celebratum, obiisse die Saturni 9. Cal. Maji 1114, qvo tamen anno 9 Cal. Maji in diem Jovis incidit; sed anno 1121 dies 23 Aprilis, sive 9 Cal. Maji in diem Saturni incidit, & dictus etiam annus, fide omnium Annalium, Johanni Sancto erat emortualis. *Legenda de Sancto Thorlaco* ex Breviario Nidarosiensi, libro ecclesiæ liturgico publico desumta, magnam postularet fidem, nisi aperta adsit contradictio, cum dicat Sanctum illum *obiisse feria qvinta, decimo die Kalendarum Januarii* (nam qvod cel. *Pontoppidanus* Ann. Eccl. Dan. Tom. 1. p. 463. scribit: 12 *Cal. Junii*, non unicus est in paucis istis verbis exscriptoris lapsus calami) *advesperascente, qvi est proximus dies ante vigiliam nativitatis Domini.* Qvæ omnia coincidunt cum die 23 Decembris anni 1193, qvo Thorlacus Episcopus obiit, sed anno 1186, ad qvem mortem Thorlaci refert *Legenda*, dies decimus Kalendarum Januarii incidit in diem Martis, sed ipsum festum na-

tivitatis

tivitatis Domini in feriam qvintam hebdomadis. In his etiam omnibus cum *Legenda* consentit *Vita Thorlaci Sancti*, inqviens: "Þorlákr Biskup andadist á Þórsdag einni nótt fyrir Jóla aptan — þá var lidit frá burd Christi MCLXXX. ok VI. vetur" qvæ recens antea refutavimus. A. C.

Vita Pauli Episcopi à principio ad finem eundem hunc calculum servat, qvi tamen neutiqvam consistere potest, nam ut cætera sicco pede transeamus, autor *Paulum obiisse* testatur, *feria tertia hebdomadis, pridie festum Andreæ*, qvod recte se habet, cum *Sturlungasaga* libr. 5. cap. 8. dicat Paulum decessisse 3 Cal. Decembr. cui nec dissentit Necrologium Islandicum apud *F. Johannæum* Hist. Eccl. Island. Tom. 1. pag. 598. Illo enim die Paulus certe obiit, sed anno 1211, qvo omnia hæc coincidunt, non autem anno 1204, ut vult ejus vitæ auctor, nam tunc dies 29 Novembr. Paulo Episcopo emortualis incidit in diem solis. Tandem calculus chronologicus *Hungrvakæ* nobis obvenit, qvi simili in mendo cubat, qvod scilicet omnia facta integro septennio anticipentur. De die emortuali Isleifi Episcopi omnes scriptores consentiunt, qvod fuerit dies dominica, qvam *Arius Polyhistor* Sched. Edit. Havn. pag. 58. ut & *Sturlungasaga* libr. 4. cap. 2. dicunt incidisse sex noctibus post Petri & Pauli; *Vita Johannis Episcopi Holensis* pridie octavam Petri & Pauli; *Hungrvaka* qvatuor (sive rectius tribus) noctibus ante 8 Id. Julii; *Kristnisaga* Edit. Havn. pag. 108. 3 Non. Julii; & *Necrologium Islandicum* in *Langebek* Script. Rer. Dan. Tom. 2. pag. 512. obitum Isleifi ad diem 5 Julii, referunt, qvæ omnia annum 1080 loqvuntur,

A. C.

III. Cap.

Þess er getit at Biscupar kæmu út híngat til Islands um daga Isleifs Biscups, enn Fridrekr (15) einn kom ádr út sá er sögur seu frágiörfar, enn þessir hafa svo útkomit at menn hafa hellz

tur, annum qvem omnes nostri Annales antiqvi Isleifo emortualem fuisse testantur. Qvodsi cum auctore *Húngrvaka* annum 1073 assumamus, obitus Isleifi, tam contra ipsius *Húngrvaka*, qvam reliqvorum, qvos mox laudavimus, scriptorum fidem, incidet in feriam sextam hebdomadis. Eodem etiam modo, in reliqvorum Episcoporum anno emortuali recensendo, idem error calculi constanter servatur, ut infra ad cujusvis eorum obitûs mentionem pluribus monebimus, qvi error etiam per totam se diffundit narrationem & chronologiam perturbat. Ita verbi gratia noster Gissurem Episcopum anno 1111. obiisse vult, & tamen in ejus tempora obitum Olai Norvegiæ Regis & S. Magni Comitis incidisse, qvæ anno 1116 certe evenerunt; Klængum Episcopum noster, & qvidem recte, vult decessisse triduo (anno autem bissextili qvarto die) post festum Matthiæ, die Saturni, qvi hebdomadem qvatuor temporum in qvadragesima claudit, qvi diei 28 Februarii anno 1176, qvem etiam *Necrologium* supra laudatum pag. 506. comprobat, exacte respondet. Qvod si annum 1169 cum auctore assumamus, dies Klængi emortualis ad idus Martias, ultra

Cap. III.

A. C.

Isleifo *episcopo, ab exteris regionibus episcopos qvosdam* Islandiam *petiisse traditur. In Annalibus unicus nominatur* Fridericus, *huc antea advectus; sed, qvi seqvuntur, advenæ imprimis noti sunt:*

tra dimidium mensis, deprimetur. Similiter & relatio auctoris sibi non satis constat, si Klængus anno 1169 decesserit, & tamen ejus tempore martyrizatio S. Thomæ Cantuariensis, obitus Biarnhedinis, cædesqve Helgii Skaptidæ & Nicolai Sigurdi filii evenerint; nam de omnibus his notum est, ut infra suis locis commonstrabimus, ea post annum 1170 accidisse. Hæc autem ideo tam prolixe persecuti sumus, ne à chronologia autoris temere recessisse videamur, qvæ qvoad solos annorum numeros, (in serie autem rerum nullibi) vacillat, adeoqve fide auctoris nihil detrahere censenda est.

(15) De Friderico illo vid. *Kristnisaga* pag. 2. 10. sq. 22. seqv. *Landnámabók* Edit. Havn. p. 395. *Arii Polyhistoris* Sched. Edit. Havn. pag. 49. sq. *F. Johannæi* Hist. Eccles. Island. Tom. 1. pag. 41. seqv. 86. seqv. Qvibus in locis etiam de mox ab auctore nominandis Episcopis peregrinis, qvi in Islandia hoc temporis tractu aliqvandiu permanserunt, plura peti possunt. De Friderico etiam qvædam habent *Thorvalds Vidförlasaga, Vatnsdælasaga* M. S. cap. ult. *Olafssaga Tryggvasonar* Edit. Skalh. part. 2. pag. 42.

A. C. hellz ſkyn á vitát: *Jón* Biſcup (y) *Irſki*, oc hafa þat ſumer menn fyri ſatt, at hann færi ſídan til *Vindlands* oc ſneri þar mörgum mönnum til guds, oc var ſídan tekinn oc bardr, höggnar af bædi hendr oc fætr, enn höfudit ſídan, oc fór med þeim (z) píníngum til Guds. Hinn þridi Biſcup kom til *Islands*, *Biarnvardr Vilrádsſon* er kalladr var hinn *Bókvíſi*, oc ſumer menn ſegia at af *Englandi* væri, oc (a) hafdi fylgt *Olafi* hinum *Helga*, oc hafi ſídan at hanns rádi farit til *Islands*. Hinn IIII var *Rúdúlfr* Biſcup er ſumir kalla at (b) *Ulfr* heti, oc væri kyniadr af *Rúdu* á *Englandi*, hann var XIX. vetr á *Islandi*, oc bió á *Bæ* í *Borgarfirdi*. Fimti kom til *Islands Henrik* Biſcup, oc var II vetr á *Islandi*. Enn ſetti var *Biarnvardr*

(y) griſki, *Græcus*. M. N. P. Q.
(z) píſlum. A. B. & 6. *al.*
(a) hafi. A. B. C.
(b) Rólfr. D.

sunt: Johannes *episcopus*, Hibernicus. A. C. *Sunt, qvi pro certo affirment, eum postea, in* Vindlandiam *profectum, multos ad cultum Dei perduxisse, sed postea comprehensum & tortum, præcisis manibus & pedibus, tandem capite truncatum fuisse, eoqve cruciatu mactatus ad Dominum sublimis abiit. Tertius, qvi* Islandiam *adiit, episcopus,* Biarnvardus Vilradi *filius fuit,* Eruditus *vulgo dictus. Sunt, qvi dicunt, eum ex* Anglia *oriundum,* Olaum Sanctum *secutum, ejusqve consilio in* Islandiam *profectum esse. Qvartus erat* Rudolfus *Episcopus. Rolfum hunc qvidam* Ulfum *nominant, & genus ex* Ruda (*) Angliæ *urbe duxisse tradunt. Per* 19 *hyemes in* Islandia *mansit, & in* Bæ *in* Borgarfiordo *habitavit. Qvintus, qvi in* Islandiam *venit, erat* Henricus *episcopus, qvi duas hyemes ibi commoratus est. Sextus erat* Biarnvardus *episco-*

(*) Rothomago Nordmanniæ, conf. *F. Johannæi* Hist. Eccl. Isl. Tom. 1. pag. 87.

A. C. *vardr* Biscup hinn *Saxlendski*, oc var med *Magnúsi* Kóngi hinum *Góda Olafs-syni*, oc fór sídan til *Islands*, oc var á *Islandi* XX. vetur (16), hann hafdi II. bústadi í *Vatzdal* at *Giliá*, oc *Steinsstödum*, hann vígdi marga luti þá er merki hafa á ordit, kyrkiur oc kluckur (c) brúr oc brunna, vöd oc vötn, biörg oc biöllur, oc þikia þessir hlutir hafa birt sanna tign hans oc gædsku. *Biarnvardr* var á *Islandi* medan *Haraldr* Kóngr var í *Noregi Sigurdarson*, því at þeir voru ei samsáttir; sídan fór hann utan, oc til handa *Olafi* Kóngi *Kyrra* syni *Haralds*, oc sídan fór hann til *Róms* at bæn Kóngs, oc fridadi fyri (d) öndudum. Enn er Biscup kom aptr, þá skipadi Kóngr hann Biscup í *Selio*, enn sídan fór hann í *Biörgvyn* oc andadiz þar, oc er (e) enn mælt at hann hafi verit hinn mesti merkis madr.

IV.

(c) brúar. L. R. becki, *rivos*, *pro* brúr. J.
(d) öndunum, *animabus*. J.
(e) *Legesis*: einmælt.

episcopus, Saxo, *qvi*, *postqvam Regi* A. C.
Magno Bono, Olafi *filio*, *adhæserat*, *in* Islandiam *iter fecit*, *&* 20 *hyemes hic transegit. Ille in duobus* Vatnsdaliæ *locis domicilium habuit*, *in* Gilia *&* Steinstader. *Plurimas ille res*, *per qvas miracula facta sunt*, *consecravit*, *ut templa & campanas*, *pontes & fontes*, *vada & lacus*, *scopulos & nolas*, *qvæ omnia pro indubitabilibus virtutis ejus & sanctitatis documentis reputantur. Qvamdiu* Haraldus Sigurdi *f.* Norvegiam *rexit*, Biarnvardus *in* Islandia *se continuit*, *minus enim benè inter eos conveniebat. Postea peregrè abiens Regi* Olafo Kyrrê, Haraldi *filio*, *se addixit*, *ejusqve rogatu* Romam *petiit*, *&* *pacem defunctis impetravit. Reducem Rex episcopum in* Selia *constituit*, *unde* Bergas *profectus*, *ibi mortuus est. Freqvens fama est*, *præ aliis eum virum fuisse maxime insignem.*

Cap.

(16.) Biarnhardo Saxoni *Schedæ* & *Landnámabók* locc. citt. attribuunt annos permansionis in Islandia undeviginti.

A. C.

IV. Cap.

A dögum *Isleifs* Biſcups urdu ſtór oc mörg tídendi, þá vard í *Noregi* fall hins Helga *Olafs* Kóngs (17), þá vard oc andlát *Magnúſar* Kóngs hins *Góda* (18) ſonar *Olafs* Kóngs, oc andadiz hann í *Danmörk*, enn lík hanns var fært nordr til *Þrándheimis* til *Nidaróſſ*, þeir önduduz bádir ádr enn *Isleifr* vard Biſcup, enn ſídan hann var Biſcup, fell *Haralldr* Kóngr *Sigurdar*ſon (19) á *Englandi*, oc litlu ſídar *Haralldr* (f) *Gudina*ſon, þá andadiz *Magnús* Kóngr (20) ſonr *Haralds*

(f) Gudna. A. F. 5. *al.* Gvidna. B. Guidina. C.

(17) Omnes noſtri Annales & hiſtoriæ antiqvæ in eo conſentiunt, qvod Rex Olaus Sanctus anno 1030 occubuerit, & ſeries rerum geſtarum inqvilinarum, qvas recenſent, cum illo calculo ſatis bene conveniunt.

(18) Regis Magni Boni Norvegiæ & Daniæ Regis obitum ad annum 1047 referunt *Torfæus* Hiſtor. Norv. Tom. 3. p. 287. *Rogerus Hovedenus* Annal. part. 1. p. 440. & *Schöning* Forbedring. i danſke og norſke Hiſt. p. 302. Qvibus conſentiunt *Annales Regii*. Vid. *Langebek* Scriptor. Rer. Danic. Tom. 3

Cap. IV.

A. C.

Isleifi *episcopi tempore multa memorabilia acciderunt.* Olafus Sanctus *in* Norvegia *cæsus est. Obiit* Magnus Bonus Olafi *filius in* Dania, *& corpus ejus boream versus ad* Nidarosiam *in* Trandheimensi *provincia translatum est. Mortui sunt ambo, antequam* Isleifus *episcopus ordinaretur; sed post hoc tempus Rex* Haraldus Sigurdi *filius in* Anglia *cecidit, & brevi post* Haraldus Gudinæ *filius. Tunc decessit* Magnus, C 2 *filius*

Tom. 3. p. 43. *Annales Reseniani, Flateyenses, Oddenses & Holenses antiqviores.* Sed ad annum seqventem, sive 1048, Annales, dicti *Lögmanns Annáll* (in Biblioth. A. Magnæi Num. 427. in Qv.) *Annales Breviores* (ibid. Num. 417.) *Ann. Skalholtenses recentiores* (ib. Num. 420.) & alii *Annales membranei.*)

(19) Cædem Haralldi Severi Regis Norvegiæ & Haralldi Godvinidæ Regis Angliæ Annáles ad annum 1066 constanter referunt.

(20) Regis Magni filii Haralldi obitum ad annum 1069 narrant omnes Annales antiqvi; exceptis solis *Brevioribus*, qvi annum 1068 adscribunt.

A. C. *ralds* Kóngs *Sigurdarsonar* oc *Sveinn Ulfs* son (21) *Dana* Kóngr, oc her í landi *Þórkell Eyólfs* son (22), *Geller Bölverks* son (23), *Þórsteinn Kugga* son (24), *Snorri Godi* (25) oc adrir mikils háttar menn.

V. Cap.

1042 *Gitzur* son *Isleifs* Biscups var fæddr í *Skálabolti*, enn hann var lærdr á *Saxlandi* oc vígdr til prests þegar á únga alldri, enn er hann kom út til *Islands*, þá kvongadiz hann oc feck *Steinunnar Þórgríms* dóttur, er ádr háfdi átta *Þórir Brodda*son, oc biuggu þau

(21) In anno 1076 emortuali Regis Sveinis, jam à patre, ut hic, Ulfo, jam a matre Estritha vel Astrida denominati, omnes scriptores antiqvi consentiunt.

(22) Thorkelis Eyolfi filii mortem anno 1026 accidisse, innuunt *Annales Regii*, in *Langebek* Scriptor. Rer. Danic. Tom. 3. pag. 40. De illo pluribus agit *Laxdalasaga*.

(23) Geller Bölverki filius Legiferi officium plus simplici vice in patria gessit. Vid. *Arii* Sched. Edit. Havn. pag. 53. 56.

filius Haraldi Sigurdi *filii*, *&* Sveno A. C.
Ulfonis *filius*, *Rex* Danorum. *Hic vero* (*in* Islandia) Thorkell Eyolfi *filius*, Geller Bölverki *filius*, Thorſteinn Kuggii *filius*, Snorrius Pontifex, *aliiqve viri inclyti.*

Cap. V.

Giſſur Isleifi *Epiſcopi filius natus erat in* Skalholto, *eruditus in* Saxonia, *& à prima juventute ſacerdotio initiatus. Peregrè in* Islandiam *redux matrimonium iniit cum* Steinunna Thorgrimi *filia*, *qvæ antea* Thoreri Broddii *filio nupſerat*, *primoqve* 1042

(24) De Thorſteine Kuggii filio pluribus *Laxdælaſaga. Grettisſaga* Edit. Island. p. 105. ſeqv. 124. 129. Mortem ejus anno 1027 adſcribunt *Annales Reſeniani* (ſive ex Bibliotheca Reſeniana olim exſcripti, hodie in Bibliotheca Arnæ-Magnæana Num. 424. in Qvarto reperiundi) & *Regii* in *Langebek* Scriptor. Rer. Danic. Tom. 3. pag. 40.

(25) Snorrii Pontificis obitum omnes Annales antiqvi ad annum 1031 narrant. Cetera de viro celeberrimo vid. *Kriſtniſaga* & loca ad eam citata pag. 7. 90. 100.

A. C. þau fyrſt at *Hofi* í *Vopnafirdi*; *Gitzur* var mikill madr oc vel bolvexti, biart-eygdr oc nockut opineygdr; tíguligr í yfirbragdi, oc manna gódgiarnaſtr, rammr at afli, oc (g) forvitri; *Gitzur* var algiör at ſer um alla hluti þá er karlmadr átti at ſer at hafa, hann var farmadr mikill, hinn fyrra hlut æfi ſinnar medan *Isleifr* lifdi, oc var jafnan mikils (h) virdr, hvar ſem hann kom, oc var þá tignum mönn-um á hendi er hann var útanlands. *Haraldr Sigurdar*ſon var þá Kóngr í *Noregi*, oc mælti hann þeim ordum vit *Gitzur*, at (i) hönum kvadz ſvo ſýnaz til, at hann mundi beſt til fallinn at bera hvört tignar nafn ſem hann hlyti. Til *Róms* fóru þau bædi hión ádr þau færu til *Islands*; *Gitzur* var ei ſamlendr þá fader hanns andadiz, oc kom hann út annat ſumar eptir
1081 alþíng í *Rángárósi*, oc var á ſkipi nockrar nætur, oc vildi ei til þíngs rída

(g) forvitr. E. F. G. *plures*.
(h) metinn 7.
(i) at hann kvad ſvo &c. A. F. & 9. *al.*

mioque in Hof *in* Vopnafiordo *habita-* A. C.
bant. Erat Gissur *homo procerus, statura concinna, oculis claris & paullum eminentibus, vultu augusto, benevolus ut qui qvàm maximè, robustus & perspicacissimus. Excellebat in omnibus, qvæ viros decent. Primis ætatis annis & vivente adhuc* Isleifo, *in peregrinationibus assiduus, magnam sibi existimationem, qvocunqve diverteret, conciliaverat, celeberrimos semper in exteris regionibus viros freqventans. Prædixerat ei* Haraldus, Sigurdi *filius, qui tunc in* Norvegia *regnabat, videri sibi, nulli eum honoris titulo, qvelincunqve adeptus fuisset, imparem fore. Adierat* Romam *cum uxore, anteqvam in* Islandiam *appellerent. Nondum patriam reviserat* Gissur, *cum* Isleifus *moreretur, sed æstate seqvente, convocatis jam Comitiis, in* Rangaros *redux, per aliqvot noctes* 1081
in navi delituit, neqve enim ad comitia

 eqvi-

A. C. rída medan eingi var til Biſcups kiör-
1081 inn á þínginu, enn höfdingiarnir bádu *Guthorm* preſt til utanferdar, eptir því ſem þeim þótti *Isleifr* Biſcup hafa hellſt (k) ákvedit, oc vard þat um ſidir at hann játadi því ef ei þættu önnur faung villdari á vera. Enn er *Gitzur* ſpurdi þat at *Guthormr* preſtr var rádinn til utanferdar, þá reid hann til þíngs, oc er *Gitzur* kom til þíngs, þá geck *Guthormr* preſtr á hladit fyri Kyrkiu, oc lýſti því þar fyrer alþýdu manna, at eingi koſtr væri á hans utanferd, ſidan *Gitzurar* var vid koſtr; ſneri þá alþýda (l) at *Gitzuri*, oc bádu hann utanferdar, enn hann taldiz undan á (m) marga vegu, enn þó kom þar um ſidir at hann játti at gánga undir þann vanda, enn allir höfdingiar hetu (*) hönum at hallda hlýdni um öll Guds bodord þau er hann bydi, ef honum yrdi Biſcups vígſlu audit; ſidan fór hann utan

(k) áformat, A. B. C. & 7. *al.* umtalat. L.
(l) til Giſſurar. A. B. & 9. *al.*
(m) á allan veg. A. B. & 8. *al.*

eqvitandi ei animus fuit, qvamdiu nullus adbuc ibi electus erat episcopus. Sollicitaverant autem optimates Guthormum *sacerdotem, ut peregre abiret, qvod ipsis maxime è mente* Isleifi *episcopi fuisse videbatur, eisqve tandem manus dederat, qvatenus se melior ipsis non offerret conditio. Ut verò primùm rescivit* Giffur, *decrevisse* Guthormum *sacerdotem peregrè proficisci, ad comitia eqvitavit. Qvo adveniente, ascendit aggerem templi* Guthormus, *& universis publicè testatus est, neutiqvam sese iter aggressurum, cum jam esset, qvem eligere possent,* Giffur. *Omnes igitur, conversis in eum oculis, rogarunt, ut peregrè iret. Ille qvidem diu multumqve deprecatus, tandem tamen onus hoc se suscepturum promisit, spondentibus in antecessum omnibus proceribus, omnibus Dei mandatis, qvæ inauguratus episcopus iis significaret, obedientiam sese præstituros esse. Peregre*

A. C. 1081

(*) Conf. supra pag. 22.

A. C. utan þat sama sumar, enn er hann
1081 kom til *Saxlands*, þá var allt embætti tekit af (n) *Lemaro* Erkibiscupi, fór hann þá á fund *Gregorii* Páfa (26) oc sagdi hönum allann mála vöxt sinnar (o) ferdar, oc svo vandrædi þau sem um voru at vera á marga vegu, enn Pávinn sendi *Gitzur* til handa (p) *Hardvíg* Erkibiscupi í (q) *Magadaborg* á *Saxlandi*, oc baud at hann skyldi
1082 gefa hönum Biscups vígslu, enn hann tók vid honum med mikilli sæmd oc virdingu, oc vígdi hann til Biscups IIII nóttum fyri mariu messu hina sídari, hann var þá (27) fertugr at alldri oc feck Erkibiscup hönum þat allt er hann (r) þurfti brádafengd til naud

(n) *Alii corruptè*, Liemaro, Lienario, Lenardo, Lehiaro, Bernhardi.
(o) sinnar kvedio oc ferdar. A. B. C. D.
(p) Haddung. F. & 7. *al.* Hardrag. 3.
(q) Magdaborg. A. B. C. D. 6. *al.*
(r) þurfti til navdsynia. A. F. 10. *al.* þurfti brádaz til navd synia. R. *Pro* brádafengd, *præfert ex* Edda A. Magnæus: bráda fángs, *qvod explicat: pro tempore*, i Hast.

gre igitur eadem æstate profectus est, A. C.
ut verò in Saxoniam *venit, officio mo-* 1081
tus erat Lemarus *Archiepiscopus. Re-*
ctà igitur ad Gregorium *Pontificem ten-*
dens, totam ei rem, qvæqve plurimæ
subortæ erant, difficultates exposuit.
Ablegavit Pontifex Gissurem *ad* Hardvi-
cum, *Archiepiscopum* Magdeburgensem
in Saxonia, *rogans, ut eum in episcopum*
initiaret. Ille multo reverentiæ honore 1082
susceptum qvarta nocte ante festum b. Ma-
riæ posterius episcopum consecravit, qva-
draginta tunc annos natum, omnibus-
qve festinantem necessariis rebus instruxit.
Rever-

(26) Hic fuit Gregorius VII. antea Hildebrandus appellatus, qvi sedit ab anno 1073 ad 1085. Ejus cum Henrico IV. simultates, & turbæ in ecclesia ob jus investituræ excitatæ, etiam, ut ex nostro apparet, Islandiam qvodam modo affecerunt.

(27) Gissuri Episcopi ordinationem ad annum 1082 communi consensu referunt Annales.

A. C. naudſynia; eptir þat fór *Gitzur* Biſcup út til *Islands* oc tók öll alþýda feginſamliga vid hönum; hann tók tign oc virding mikla þegar ſnemmindis biſcupsdóms ſins, oc ſvo vildi hvör madr ſitia oc ſtanda ſem hann baud, úngr oc gamall, ſæll oc fátækr, konur oc karlar, oc (s) var rett at ſegia at hann var bædi Kóngr oc Biſcup yfir landinu (28) medan hann lifdi; hann hafdi ei allt land til ábúdar í *Skálaholti* fyrſt (t) nockra ſtund biſcupsdæmis ſíns, af því at *Dalla* módir hans villdi búa (u) á ſínum hluta (29) landſins, medan hún lifdi; enn þá er hún var öndud, oc Biſcup hlaut allt land, þá lagdi hann þat til kyrkiu þeirrar er í *Skálaholti* er, oc hann ſiálfr hafdi giöra látit, þrítuga at lengd, oc vígdi *Petri* Poſtula, oc mörg önnur gædi

(s) mátti ſegia. F.
(t) mikla, *multum*. F. M. Q. ei alla. H. N.
(u) á helmingi. A. B. C. D.

---

(28) De Giſſuris in incolas autoritate conſentit *Adamus* *Bre-*

Revertens postea in Islandiam *episco-* A. C.
pus Gissur *ab omnibus cum gaudio receptus est. Tantam sibi jam á primordio officii sui autoritatem & honorem peperit, ut omnium, juvenum & senum, divitum & pauperum, mulierum & virorum, nemo, nisi ejus arbitrio, vel standi, ut ajunt, vel sedendi, licentiam sibi sumeret, nec injuria, dum vixit, pro rege simul & episcopo insulæ reputari potuit. Aliqvantum officii tempus effluxerat, anteqvam integram* Skalholti *villam occupare potuit. Mater enim ejus* Dalla *partem suam, dum viveret, habitare voluit. Sed, hac mortua, totam ad se relapsam episcopus dono dedit templo, qvod ipse in* Skalholto, 30 *mensuras in longitudine extensum, fabricari fecerat, & apostolo* Petro *dicaverat, multisque*

Bremensis, cujus verba cum epicrisi adfert *Johannæus* Hist. Eccl. Isl. Tom. I. pag. 105. conf. & 108.

(29) Qvod hic, & qvidem vere, de Gissure perhibetur, id *Narratio de Isleifo* huic tribuere videtur, ob mendosam, ut videtur, ab exscriptore factam transpositionem. *Kristnisaga* pag. 138.

A. C. gædi lagdi *Gitzr* Biſcup til þeirrar kyrkiu bædi í löndum, oc lauſa fe, oc kvad á ſídan at þar ſkyldi ávalt biſcupsſtóll vera, medan *Island* væri byggt oc kriſtni má halldaz. *Gitzur* Biſcup gaf til Kyrkiu í *Skálaholti*, purpura hökul hvítann, er þar hefr ſídan (x) lengi verit beſtr, oc margar gerſimar adrar.

VI. Cap.

Þesſir menn voru ſamtída *Gitzuri* Biſcupi: *Sæmundr* preſtr í *Odda* er bædi var forvitri, oc lærdr allra manna beſt; annar *Marcus Skeggiaſon* (y), Lögſögumadr, er var hinn meſti (z) ſpekíngr oc ſkálld, þeir báru rád til ſamans, oc ſóktu (a) at rádi höfd-
1097 ingia, at þat yrdi (b) lögtekit (80), at menn tíundadi fe ſitt á hverum

tveim

(x) lengſtum. A. F. &c. 9. *al.*
(y) Lögſagnar madr. R.
(z) lögſpekingr. A. B. C. D. P.
(a) adra. G. at vid F. *pro:* at rádi.
(b) ſamtekit. F.

qve aliis pretiosis rebus, tam immobili- A. C.
bus, qvam mobilibus dotaverat, addita sanctione, ut, dum habitaretur Islandia, *& religionem Christianam coleret, sedes ibi episcopalis constaret. Episcopus* Gissur *templo dedit purpureum illud & candidum scapulare (pallam), quod multo postea tempore pro optimo ibi habitum est, & multa alia cimelia.*

Cap. VI.

Floruerunt Gissuris *tempore, viri seqventes:* Sæmundus, Oddensis *sacerdos, vir magna prudentia & insigni prædītus eruditione: Alter erat* Marcus Skeggii *filius, Legifer, vir sapientia præcipuus, nec minor poëta. Hi & inter se, & cum optimatibus delibera-*
runt, an in hoc conveniri possit, ut ex 1097
cujusqve facultatibus, earumqve incrementis,

(30) De introductione decimarum in Islandiam, & de illius autoribus, Marco Skeggii filio & Sæmundo Polyhistore, cum nostro consentiunt *Arius Polyhistor*, Sched. pag. 60. sq. *Kristnisaga* pag. 110. *Sturlungasaga* libr. 4. cap. 2. Conf. F. *Johannæi* Histor. Eccl. Isl. Tom. 1. p. 120. 133. 198. 214.

A. C. tveim misserum, oc allan (c) lögávöxt
1097 fiár sins, svo sem á ödrum löndum er tídt, þar er kristnir menn byggia; enn med (d) rádaleitan þeirra oc fortölum spakligum, urdu þau málalok, at menn gengu undir (31) tíundargialldit, oc skylldi sídan skipta í fióra stadi: einn hlut til handa Biscupi, annann til kyrkna, þridia hlut skylldu hafa kennimenn, fiórda hlut skylldu hafa fátækir, oc hefr eí annar slíkr grundvöllr verit audráda oc (e) hægenda í *Skálaholti* sem tíundargialldit, þat er til lagdiz þá fyri vinsælld oc skörúngskap *Gitzurar* Biscups. *Steinunn Þórgríms* dótter hafdi (f) búsforrád

(c) lögvöxt. G. O. R. tavg ávöxt. J.
(d) rádleitni. A. B. & 9. *al.*
(e) til hægenda í skilskap. H. M. Q.
(f) húsforrád. F. M. P.

(31) Summe Vener. *Finnus Johannaeus* Histor. Eccl. Island. Tom. 1. pag. 120. introductionem decimarum in Islandiam anno 1096 factam esse asserit, qva in re *Annales Membraneos*, in Bibliotheca Arnae

mentis, annuæ penderentur decimæ, ſicut A. C.
alibi terrarum, qvas Chriſtiani incolunt, 1097
moris eſt. Horum itaqve conſilio & prudenti perſvaſu eum res exitum habuit, ut conceſſæ ſint decimæ, in qvatuor partes diſtribuendæ, qvarum una epiſcopo, altera ſacerdoti, tertia templo, qvarta pauperibus cederet. Neqve promptior aut facilior necesſitatibus ſubveniendi via inveniri potuit, decimarum conſtitutione, qvam tunc temporis epiſcopus Giſſur, *ea, qva pollebat, animos ſibi conciliandi, qvæqve vellet impetrandi induſtria, in* Skalholto *perfecit.* Steinunna Thorgrimi *filia rem ſedis epiſcopalis*

---

næ Magnæi No. 420. in Qvarto, conſentientes habet. Sed cum anni officii Epiſcoporum ab eorum ordinatione ſæpius qvam ab electione computari ſoleant, & præterea *Annales Regii* apud *Langebek* Scriptor. Rer. Dan. Tom. 3. pag. 48. ut & *Annales Flateyenſes*, *Reſeniani*, *Breviores*, *Oddenſes*, *Holenſes* utriqve, *Recentiores* & *Lögmanns Annáll*; (ſive *Skálholtenſes antiqviores*) decimas lege receptas fuiſſe anno 1097 aſſerant, nos hunc annum præcedenti præferimus.

A. C. forrád í *Skálaholti* fyrer innan ſtock, medan *Gitzur* Biſcup redi fyri ſtólnum, enn *Dalla* medan *Isleifr* Biſcup lifdi; enn er *Gitzur* Biſcup hafdi ſet-
1102 it at ſtólnum XX. vetur edr því nær, þá felldu Nordlendíngar bæn at hönum, at þeir ſkylldu (g) ná at hafa Biſcup einn ſer, oc ſetia þar biſcupsſtól annann í nordlendínga fiórdúngi, allann at aftektum, oc væru II Biſcupsſtólar á landinu, oc töldu þeſſ von at annathvört mundi ſialdan edr alldreí verda Biſcups lauſt á *Islandi*, ef tveír væru Biſcupsſtólarnir. Þá bæn veitti (32) *Gitzur* Biſcup med gudi nord-

(g) ná af herra biſcupi at hafa. A. B. & 7. *al.*

(32) Qvod auctor noſter hic numero non ſatis fixo deſcribit, id *Arius Polybiſtor* Sched. p. 68. conceptis verbis ad 24 annos reſtringit, ut ex illo calculo Johannes Sanctus electus fuiſſe videatur anno 1105. Sed de altera cathedra epiſcopali inſtituenda ab aliqvot inde annis, (ab anno forſan 1102) conſilia agitata fuiſſe veroſimile facit noſtri calculus, ut & *Jónsſaga Hólabiſcups*, qvæ impedimento fuiſſe dicit, qvod provinciæ borealis incolæ prædium futuro Epiſcopo inhabitandum concedere aut detrectaverint; aut ſaltem diſtulerint. Qvicqvid autem de

scopalis familiarem intra parietes dome- A. C.
sticos dispensabat, gubernante cathedram episcopo Gissure, Dalla *verò qvamdiu episcopus* Isleifus *in vivis erat. Post-qvam* Gissur *plus minus viginti hyemi-* 1102
bus sederat, Septentrionales orarunt, ut proprium episcopum, propriamqve cathedram boreali tractui concederet, omnesqve illius provinciæ reditus eidem assignaret, rati, si duæ in Islandia *essent sedes episcopales, rarò aut nunqvam insulæ episcopum defuturum. Annuit divinis sub auspiciis* Gissur *pre-*

 cibus

de electione Johannis Sancti sit, id certum est, qvod anno 1106 inauguratus fuerit, nam non solum id comprobant *Annales Regii* loc. cit. pag. 49. *Reseniani*, *Breviores*, *Holenses* utriqve, *Skalholtenses antiqviores* & *Recentiores*, & *membranei*; sed & *vita Johannis Ögmundini* testatur eum ordinatum fuisse *die dominica duabus noctibus ante festum Apostolorum Philippi & Jacobi*, qvod anno 1106 exacte convenit. Si igitur *Annales Flateyenses*, qvi Johannis ordinationem ad annum 1104, & *Ann. Oddenses*, qvi eandem ad annum seqventem referunt, in mendo non cubant, illi de ejusdem electione loqvi censendi sunt.

A. C. nordlendíngum, oc var ſídan (h) valin til Biſcups af gudi oc (i) gódum mönnum *Jón* preſtr *Ögmundarſon* (33), oc fór hann utan med brefum *Gitzurar* Biſcups, oc ſókti ſídan á fund
1106 *Paſcalis* Páfa, oc var hann vígdr til Biſcups (k) af *Öſſuri* Erkibiſcupi í *Lundi* í *Skáney* II. nóttum fyri Philippi meſſu oc Jacobi. *Jón* fór ſídan til *Islands*, oc ſetti biſcupsſtól ſinn á *Hólum* í *Hialltadal* í *Skagafirdi*. *Gitzur* Biſcup hafdi telia (34) látit bændr á *Islandi*, þá er þíngfararkaupi áttu at gegna, oc voru þá VII.C. í auſtfirdínga fiórdúngi, enn X.C. í ſunnlendingafiórdúnge, IX.C. í veſtfirdínga fiórdúngi,

(h) *Omnes præter* F. valldr.

(i) göfigum mönnum, *nobiliorum*. F. M. landz mönnum, *indigenarum*. L.

(k) at hans ſkipan, *ex ejus mandato*. A. B. C. D. *addunt*.

(33) Genealogiam Johannis Sancti vid. in *Kriſtniſaga* pag. 188. ſq. ut & *Arii Polybiſt.* Sched. pag. 74. *Jonsſaga Helga* M. S. De anno inaugurationis Johannis vid. not. præced.

(34) Hujus cenſus mentionem faciunt *Landnámabók* pag. 179. 272. *Arii Polybiſtor.* Sched. pag. 64. *Kriſt-*

cibus ſeptentrionalium, & ex Dei & A. C.
meliorum ſententia epiſcopus electus eſt
Johannes Ögmundi *filius ſacerdos. Ille*
peregre profectus, Giſſuris *epiſcopi*
munitus litteris, Paſcalem *Pontificem*
adiit, cujus juſſu in epiſcopum inau- 1106
guratus eſt ab Öſſure, *Archiepiſcopo*
Lundenſi *in* Scania, *duas noctes ante*
feſtum Philippi & Jacobi. Johannes
deinde in Islandiam *rediit, & ſedem*
epiſcopalem Holis *in* Hialltadal *in* Ska-
gafiordo *fixit. Epiſcopus* Giſſur *colo-*
norum, qvi vectigali ad expeditiones
comitiales pendendo erant, cenſum fe-
cerat. Cenſi ſunt in tractu orientali 700,
(840) *in meridionali* 1000, (1200) *in*
occidentali 900 (1080), *in boreali vero*

 qvæ

Kriſtniſaga p. 112. *Sturlungaſaga* libr. 4. cap. 2. ſed qvonam anno initus fuerit, inter 1096 & 1105, incertum eſt. Si viceſimus cum noſtro officii epiſcopalis Giſſuris annus aſſumatur, qvo tam cenſum, qvam de cathedra epiſcopali in provincia boreali inſtituenda conſilium, iniverit Giſſur, tam ratio temporis, qvam *Annales Breviores* conſentire videntur, ita enim hi ad annum 1102: " Tíundargialld „ lögtekit á Islande í annan tíma ". i. e. *Decimarum ſolutio in Islandia altera vice legibus ſtabilita,*

A. C. úngi, enn i nordlendinga fiórdúngi XII. C. oc var sá audgastr at jöfnu manntali.

VII. Cap.

1117 Enn er *Gitzur* Biscup var ordinn hálfáttrædr, þá tók hann þýngd svo mikla at hann (l) reis ei úr reckiu oc hann var ei þíngfær; hann sendi þá ord vinum sinum (m) oc ödrum höfdíngium til alþíngis, at menn skylldu bidia *Þorlák* prest *Runólfs*son til utanferdar, enn hann taldiz undan bædi fyrir æsku sakir, oc margra annara hluta. Enn þó lauk svo því máli, at hann játadi at gánga undir þann vanda ef þat væri Biscups rád; sídan let *Gitzur* Biscup búa ferd hans, unz hann var at öllu vel búinn, oc fèck hönum bref sitt á fund *Össurar* Erkibiscups, enn sótt (n) elnadi
1118 á hendr *Gitzuri* Biscupi, oc giördiz straung oc óhæg, oc fellu stór sár

(l) retti. G. O. R.

(m) öllum, *pro* ödrum. A. B. & 10. *al.*

(n) annadi. R. O. anadi. L. R. vóx. H. J. M. Q.

qvæ provincia præ reliqvis civibus abundabat, 1200 (1440.) A. C.

Cap. VII.

Postqvam Gissur *episcopus* 75 *ætatis* 1117
annum impleverat, gravi adeo morbo laborare cœpit, ut non amplius è lecto surgere, nedum comitiis interesse valeret. Nuntio igitur ad forum universale misso, amicos & proceres monuit, rogarent, Thorlacum Runolfi *filium sacerdotem, ut peregrè iret. Ille vero excusare se, ætatem, & multa alia causatus. Tandem vero eo perductus est, ut onus non detrectaret, si episcopo ita è re videretur. Tum vero omnia ad iter ejus necessaria convasare fecit episcopus* Gissur, *iisqve probe instructum cum litteris suis ad* Össurem *Archiepiscopum misit. Ingravescebat interim* Gissuris *morbus, plagis adeo* 1118
vehementibus, asperisqve, ac molestis, ut grandia & per totum corpus disseminata

 ulcera,

A. C. 1118 ſár (o) á hörundi hanns allt at kne, inn at beini, oc fylgdu ſtór óhægindi fyri verkium; enn er miöc tók at hönum at ſækia, oc menn þóttuz heyra at beinin (p) gnötrudu vid hræríngarnar, þá geck *Steinunn* húsfreya at ſænginni oc ſpurdi, hvörſu þá ſkyldi mætti manns komit vera er heita ſkal fyri hönum, enn Biſcup ſvarar; því at eins ſkal heita á Gud at (q) ávallt aukiz mín óhægendi, ef til þeſſ er heitit, medan ec má ſtandaz, því at eingin efni eru á því, ſegir hann, at bidiaz undan Guds bardaga, er náliga mun komit á enda æfi minnar, oc gengit ádr margt at (r) óſölu. Hann var þá atſpurdr hvar hann vildi láta grafa ſic? enn hann ſvaradi med vidrkenningu oc miklu lítillæti: grafi þer mic hvörgi (s) í nánd födr mínum, ſagdi hann, þvíat ec er þeſſ eigi (t) verdugr

(o) á hörund. E. G. R. (p) gnutrudu. H. gnurrudu. P. (q) ſölu L. O. R. óſælu. G. óſkum. N. (r) altjafnt, *pro* ávallt. O. (s) í.nándir. A. B. C. D. O. R. (t) verdr. A. B. & 6. *al.*

ulcera, non ſine maximo incommodo atque dolore, usqve ad genua pertingerent & ad oſſa penetrarent. Facta autem indies acriore morbi oppugnatione, ita ut oſſa crepare viſa ſint, qvoties artus moverentur, accedit ad lectum materfamilias Steinunna, *& qvousqve ingraveſcentis morbi vis pertingeret, qvando pro ægroto vota eſſent nuncupanda? interrogat. Tunc episcopus: Ea tantum vota Deo fieri volo, ut acuantur dolores mei, modo fiant, dum eis ferendis ſim; Neqve enim caſtigationes Dei deprecari convenit, præcipue, cum vitæ meæ terminus non longè abeſſe posſit, & hucusqve multa ſecus acta ſint, qvàm eſſe debuerant. Qvæſitus porro, ubi ſepeliri vellet? affectu maximè ſubmiſſo reſpondit: Ne me, oro, prope patrem meum ſepeliri faciatis, indig-* A. C. 1118

 nus

A. C. verdugr at hvíla hönum nær. Sídan
1118 ſkipadi hann til allra hluta eptir því ſem hann vildi at væri, ádr enn hann andadiz. Synir hans önduduz ádr allir, fyrr enn hann, nema *Bödvar. Gróa* dóttir hans lifdi eptir hann oc var gift *Katli Þórſteins*ſyni. *Gitzur* var vígdr til Biſcups þá hann var fertugr at alldri, þá var *Olafr Kyrri* Kóngr at *Noregi*, ſonr *Haralds Sigurdar*ſonar. *Gitzur* Biſcup andadiz (u) þridia dag viku XII. nóttum fyri columba meſſu, þá hafdi hann Biſcup verit (x) XXXII. vetr (35), hann var grafinn hiá födur ſínum, þá var lidit frá hingatburdi Kriſts XI.C. oc XI. ára

(u) annan, *die Lunæ.* M. Q.
(x) XXXVI. M.

(35) Omnes Annales veteres in eo conſentiunt qvod Epiſcopus Giſſur obierit anno 1118, præter *Annales Breviores* qvi 1117, & *Recentiores*, qvi annum 1119 malunt, ſed ſolo, ut videtur, exſcriptorum lapſu, qvi numeros factis non appoſite adplicaverunt. Qvod ſi Giſſur die Martis obiit, ille anno 1118 in diem 28 Maji incidit, qvem Giſſuri emortualem fuiſſe aſſerunt *Arius Polyhiſtor* Sched. p. 70. Necrologium Islandicum in *Langebekii* Script.

nus enim sum, qvi in ejus qviescam vicinia. His dictis cætera, qvæ post mortem ejus fieri vellet, ordinavit. Omnes filii ejus, præter Bödvárem, *ante ejus obitum elati sunt. Supervixit ei filia,* Groa, Ketilli Thorsteinis *filio nupta. Inauguratus est in episcopum* Gissur 40 *annos natus, regente* Norvegiam Olao Kyrre, Haraldi *filio,* Sigurdi *nepote. Mortuus est* Gissur *episcopus die Martis, duodecima nocte ante festum Columbæ, postqvam per* 32 *hyemes episcopus fuerat, sepultus apud patrem suum. Effluxerant tunc a Christo nato anni* IIII. *Multi ejus*

A. C. 1118

Script. Rer. Dan. Tom. 2. pag. 511. *Kristnisaga* pag. 118. Præterea dictum annum 1118 adstruunt facta coæva, qvæ noster & reliqvi scriptores similia narrantes ad eundem annum referunt, ex. gr. obitus Paschalis Papæ & seqventia, qvorum veritas aliunde in professo est. Hæc omnia in causa sunt, qvod nec calculo nostri & auctoris *Vitæ Johannis Sancti* assensum præbeamus, qvi mortem Gissuris anno IIII, nec *Annalibus Flateyensibus*, qvi eam 4 Cal. Maji accidisse narrant, qvibus pluribus refutandis post ea qvæ supra pag. 28. attulimus, non immoramur.

A. C. ára (36). Svo fell mörgum manni nær andlát *Gizurar* Biſcups, at alldrei geck úr hug medan þeir lifdu, enn þat kom áſamt med öllum mönnum, at hans þóttuz alldri (y) idgiölld fá, þat hefr oc verit allra vitra manna mál, at hann hafi af gódri Guds (z) gift oc ſiálfs ſíns (a) atgerfi göfugaſtr madr verit á *Islandi* bædi lærdra oc leikra.

VIII. Cap.

1118 A því ári er *Gitzur* Biſcup andadiz (37), þá andadiz oc *Paſcalis* Páfi; oc *Baldvini Jórſala* Kóngr, *Arnhallr* Pátriarki í *Jórſalaborg*, *Alexius* Grickia Kóngr, *Philippus* (38) Fracka Kóngr, þá

(y) g[illegible]lld. A. B. C. D. F. & 6. *alii*.
(z) giöf. P. nád. M. N. Q. gódgipt. R.
(a) áſtundan, *induſtriæ*. F. M.

---

(36) Noſter annos officii Giſſuris ab ejus ad ſedem epiſcopalem adventu numeraſſe videtur, *Arius* autem *Polyhiſtor Sched.* pag. 68. & autores *Sturlungaſagæ* libr. 4. cap. 3. *Kriſtniſagæ* pag. 118. & *Vitæ Johannis Sancti* MſC. annos officii ab ejus inauguratione numerarunt. Conf. p. 49.

ejus morte vehementer adeo commoti A. C.
sunt; ut nunqvam, dum viverent, illius memoria eis excideret, ut in hoc omnes consenserint, jacturam ejus irreparabilem fore, qvin & uno ore celebratum est, eum divino munere & congenitarum dotium causa omnium in Islandia *hominum, clericorum æqvè ac laicorum, celeberrimum fuisse.*

Cap. VIII.

Obierunt eodem, qvo Gissur *episcopus, anno,* Pascalis *Pontifex,* Balduinus *Rex* Hierosolymitanus, Arnhallus *Patriarcha urbis* Hierosolymæ, Alexius *Græcorum, &* Philippus *Francorum, Reges.* 1118
Tunc

(37) De his & seqventibus vid. *Kristnisaga* p. 118. sq. *Landnámabók* pag. 389. sq. *Arii Polybist. Sched.* pag. 70.

(38) Philippus Primus Rex Galliæ mortuus est anno 1108, it ut suspicio esse posset numne numerus unica litera X. hic auctus esse posset, nisi omnes reliqvi scriptores ejusdem anni 1118 memorabilia recensentes communi consensu dicerent Philippum Regem Sveciæ anno 1118 occubuisse. Hi sunt: *Arius Polybistor.* Sched. p. 70. *Kristnisaga* p. 118.
Annales

A. C. 1118 Þá giördiz óvedrátta mikil; þá var sú hríd um dymbildaga at kennimenn máttu ei (b) veita tídir í kyrkium fyri nordan land föstudaginn lánga, oc þá hóf upp knör undir *Eyafiöllum* oc sneri (c) á lopti oc kom hvelfandi nidr (d), oc lítill hluti manna mátti taka (e) corpus Domini á Páskadag, enn sumir urdu úti; önnr hríd kom þá menn ridu til (f) alþíngis, oc drap fe manna fyri nordan land, þá braut oc kyrkiu á *Þíngvelli*, þá er *Haralldr* Kóngr *Sigurdar*son hafdi (g) vid tilfengit. Þat sumar (h) komu til *Islands* XXXV. skipa enn VIII. komuz til *Noregs* um haustit eptir Mikáels messu, vid þat óx svo mikill mannfiölldi á *Islandi*, at þat vard mikill (i) óárans-

(b) flytia. R.
(c) á lopt upp. L. O. R. á lopt. F. & 4. *al.*
(d) sá var þrítugr at rúma tali. L. *addit.*
(e) Guds líkama. A. B. & 9. *al.*
(f) til þíngs. A. F. & 8. *alii.*
(g) vidi, A. B. & 6. *al.*
(h) kom. A. B. & 6. *al.*
(i) óárs. F. & 4. *al.*

Tunc magna tempestas coorta est, fuitque hebdomade sancta, festum Paschatis proxime præcedente, sæva adeo procella, ut sacerdotes officium divinum per templa borealis plagæ celebrare neqvirent. Die passionis sub montibus, Eyafiöll *dictis, navis in altum sublata, & in aëre circumacta, inversa recidit. Pauci die Pascatos sacræ cœnæ participes fieri potuere; qvidam in itinere exstincti sunt. Sub ipsis comitiis alia sæviit tempestas, qvæ armenta incolarum septentrionalium enecavit. Tunc templum* Thingvallense, *cui Rex* Haraldus Sigurdi *filius materiem suppeditaverat, corruit. Eadem æstate ad* Islandiam *appulerunt* 35 *naves, qvarum* 8 *(tantum) sub autumnum post festum Michaëlis in* Norvegiam *redierunt.*

A. C. 1118

Annales Reseniani, Flateyenses, Skalholtenses antiqviores, Oddenses, Holenses Recentiores, & Membranei, & auctor *vitæ Johannis Sancti Episcopi Holensis,* ita ut hic per mendum *Galliæ* pro *Sveciæ* substitutum videatur.

A. C. óáranſauki í mörgum herudum. Svo hugdiz at hinum vitruſtu mönnum, at ſvo þótti (k) driúpa *Island* eptir fráfall *Gitzurar* Biſcups, ſem *Róma*-borgar ríki epter fráfall *Gregorii* Páfa, enn fráfall *Gitzurar* Biſcups benti (l) tilætlan um öll óhægindi á *Islandi* af óárán, bædi í ſkipabrotum oc manntióni, oc fiár ſkada er því fylgdi, enn eptir þat ófridr oc lögleyſur oc á þat ofan manndaudi ſá um allt landit (m) at einginn hefr ſlíkr ordit ſídan land-
1120 it var byggt. Tveimr vetrum eptir andlát *Gitzurar* Biſcups vard *Haſlidi Márs*ſon ſár á alþíngi, oc vard (n) eigi um málit dæmt þat ſumar.

IX. Cap.

Bödvar einn lifdi ſona *Gitzurar* Biſcups, þá er hann andadiz, enn ádr önduduz adrir ſynir hans, *Teitr*, *Asgeir*, *Þórdr* oc

(k) driúpa nidr. A. B. C. D.

(l) til ættar. F. G. & 9. *al.* áttar. N.

(m) geck, *add.* A. B. & 9. *al.*

(n) um eingi mál at lögum dæmt. L.

dierunt. Hinc aucto hominum numero, augebatur plurimis in tractibus annonæ caritas. Visum est prudentioribus, Islandiam, *morte* Gissuris, *non minus declinare & ad interitum vergere, quam morte* Gregorii *Romanum imperium. Sed enim mors* Gissuris *multas* Islandiæ *molestias portendere visa est, utpote per naufragia, mortalitates, atque inde fluentia bonorum damna, tum dissidia & justi legumque contemtus, quibus malis accessit tanta pestilentia, ut post inhabitationem insulæ major non exstiterit. Duobus post* Gissuris *Episcopi mortem annis*, Haflidius Maris *filius in Comitiis generalibus est vulneratus, unde exorta lis eadem æstate dijudicari non potuit.* A. C. 1120

Cap. IX.

Mortuo Gissure *episcopo, de ejus filiis solus superstes erat* Bödvar; *reliqui filii* Teitus, Asgeir, Thordus

E & Jo-

A. C. oc *Jón*; *Gróa* lifdi oc lengi sídan, oc vard nunna oc andadiz í *Skálaholti* um daga *Klængs* Biscups; í biscups-dómi *Gitzurar* Biscups urdu mörg stórtídindi: Lát hins Helga *Knúts* Kóngs á *Fióni* (39), oc *Benedicts* bródr hans; *Vilhiálms* (o) Englands Kóngs (40); andlát *Olafs* Kóngs *Kyrra* (41), oc *Hákonar Magnús*sonar (42) í *Noregi*, fall *Magnúss* Kóngs *Berbeins* (43) vestr á *Irlandi* (p), klaustrafærsla hins H. *Nicoláss* Biscups í *Bár* (44); andlát *Olafs* Kóngs *Magnús*sonar í *Noregi*;

(o) Engla B. C.

(p) ulastin, E. G. O. R. *addunt*; *male*, *pro*: í ulastin, *pro qvo* Snorrius *in vita Magni Nudipedis*: uladzstir.

(39) Passionem Sancti Canuti Regis Daniæ Annales nostri anno 1087 referunt, præter *Breviores*, qui illam anno seqventi adscribunt, sola, ut videtur, exscriptoris culpa. Conf. Annal. Reg. apud *Langebek* Script. Rer. Dan. Tom. 3 pag. 47. & loca ibid. allegata.

(40) Mortem Vilhelmi Conqvestoris Angliæ Regis anno 1087 recte narrant *Annales Reseniani*. Sed hic á vero errant *Annales Regii*, aliás accuratissimi, qui ad annum 1088 obitum ejus referunt. Vid. *Langebek* loc. cit.

& Joannes *ante patris decessum occubuerant.* *Etiam* Groa (Gissuris *filia*) *longò post patrem tempore vixit; quæ sacrarum virginum ordini adscripta, tandem,* Klango *episcopo, in* Skalholto *obiit.* *Dum* Gissur *episcopi munere fungebatur, multæ acciderunt res, maxime memorabiles: Sancti* Kanuti, *fratrisque ejus* Benedicti *in* Fionia, Wilhelmi *Anglorum Regis, Regum* Olafi Kyrre *&* Haconis Magni *filii in* Norvegia *mors; Magni* Nudipedis *in* Hibernia *cædes; à Sancto* Nicolao *translatum,* Barium, *cœnobium; mors Regis* Olavi Magni *filii in* Norvegia; A. C.

(41) Regis Olavi Qvieti mors fide Annalium incidit anno 1093; qvamvis Annales *Reseniani* annum 1094 & *Breviores* 1098 ob causam supra allatam adscribant.

(42) Haconem Norvegiæ Regem, Magni filium, anno 1094 obiisse, Annales constanter testantur.

(43) Cædem Regis Magni Nudipedis referunt *Annales Regii* apud *Langebek* Scriptor. Rer. Dan. Tom. 3. p. 48. *Skalholtenses antiqui, Holani utriqve, Oddenses, Recentiores,* & *Membranei* ad annum 1103; sed *Flateyenses* ad 1102, *Reseniani* ad 1104, & *Breviores* ad annum 1105.

(44) Translationem S. Nicolai *Annales Holani* utriqve, *Reseniani* & *Regii* apud *Langebek* loc. cit. pag. 47. ad annum 1087 referunt.

A. C. *regi*; líflát *Magnúsar* Jarls hins *Helga* (45); andlát Lögsögumanna *Marcúsar* oc *Ulfhedins* (46) oc *Teits Isleifs* sonar, oc annara sona *Isleifs* Biscups; Ellds uppkoma í *Heklu* (47), oc mörg önnur stórtídendi, þó at her se ei (q) tillögd.

X. Cap.

Þorlákr Runólfs son (48) *Þorláks* sonar, *Þórarins* sonar, *Þorkels* sonar (r) *Skotakolls*, oc sonar *Hallfrídar Snorra* dóttur *Karls* sonar, var fæddr upp med födur sinum í barnæsku, enn hann var lærdr í *Haukadal*; hann var snemmindis skynsamr oc sidlátr, oc hugþeckr hvörium gódum manni; bænahallds-madr

(q) greind. F. M. *al.* skrifut.

(r) Skattakolls. A. B. C. D. J. O. M. R. Skapta sonar Kolls. 3. Rólfs sonar, *pro* Kolls. N.

(45) Regis Olai & S. Magni Comitis Orcadum mortem anno 1116 accidisse Annales constanter testantur; nisi qvod *Flateyenses* passionem S. Magni ad 1115 referant.

(46) De Marco & Ulfhedine Legiferis Islandiæ vid. *Arii*

B. I.

i Episcopi Scalholtensis ad p. 69.

Cap. 20. p. 44.

Hialti

Laugardalo

ormus

vöra

nna

—uxor—*Hallfrida*

Thorlakus Episcopus Skalholtensis.

ibid. P. III. p. 218. & 19.

Thordus de *Höfda* qvinto gradu a Ragnare Lodbrog Rege Daniæ Descendens. Uxor *Fridgerda Kiarvali*, Irlandiæ Regis ex filia neptis.

Snorrius, uxor *Thorbilda Riupa* filia *Thoreris Gelleris*. Vid. *Gunnlögi Ormstungæ Saga*

Thordus Hesthöfdi

Thorfinnus Karlsefni Vinlandiæ Inventor

Snorrius

Hallfrida

vegia; *cædes Comitis* Magni Sancti; A. C.
Legiferorum, Marci & Ulfhedinis & Teiti Isleifi *filii*, *aliorumqve* Isleifi *episcopi filiorum mors; Ignis de monte* Hekla *eruptio; & multæ aliæ maximi momenti res, qvæ hic non commemorantur.*

Cap. X.

Thorlacus, *filius* Runolfi, *filii* Thorlaci, *filii* Thorarinis, *filii* Thorkellis Skotakolli, *matrem habuit* Hallfridam, *filiam* Snorrii Karlis *filii*. *Hic apud patrem puer educatus, sed in* Haukadalo *literis imbutus est. Sapientia & morum honestate mature commendabilis, atqve bonis omnibus fuit acceptus. In*

 prima

Arii Polybist. Sched. pag. 61. 21. 31. 65. *Kristnisaga* pag. 110. 114. Necrologium Island. in *Langebek* Script. Rer. Dan. Tom. 2. p. 516.

(47) Eruptionem hanc ignis de Hekla subterranei Annales ad annum 1104 referunt, exceptis *Brevioribus*, qvi annum 1106 præferunt.

(48) Genealogiam Thorlaci Episcopi ad calcem exhibebimus. Tab. I.

A. C. madr mikill var hann, þegar á únga alldri, oc skiótr í (s) skilníngum oc (t) lagdr til kennimannsskapar (u), linr var hann oc litilátr oc óafskiptasamr, heilrádr, oc heilhugadr vid alla þá er hiá honum vóru, miúklátr oc miskunnsamr vid þá er þess þurftu vid, frændrækinn oc forsiáll í flestum hlutum
1117 bædi fyri sína hönd oc annarra. *Þórlákr* hafdi þá II vetur hins fiórda tugar er hann var til Biscups kiörinn, oc má af því marka hvör madr hann var, enn sá madr kaus hann (x) í hinn mesta vanda er vitrastr oc göfugastr var, enn honum kunnastr, er var *Gitzur* Biscup. *Þórlakr* var medalmadr at vexti, lángleitr oc liósjarpr á hár, þockagódr, enn kalladr ecki vænn madr af alþýdu ne allskörugr at ávarpi velflestra manna. Enn er hann kom utanlands, var þá svo átekit, at litit mundi mannval vera á landinu

(s) skilningu. L. skilningi. A. 6. *al.*
(t) lagadr. A. B. 6. *alii.*
(u) liúfr. F. 3. *alii.*
(x) til hins. A. B. 12. *alii.*

prima juventute, freqventissimus erat in A. C.
precibus, ad discernendum celer & acutus, sacerdos à natura formatus, lenis, humanus, qvique alienis negotiis se non temere immiscebat; in consiliis qvoque dandis salutaris erat, & erga familiares sincerus, mansvetudinis & misericordiæ erga merentes singularis, cognatorum amans, & in plerisqve negotiis prudens & cautus, tam in suis, qvam aliorum negotiis. Thorlacus *triginta duos* 1117
annos erat natus, cum in episcopum eligeretur; qvalis vero & qvantus fuerit, inde cernere licet, qvod illum vir sapientissimus, æqve ac præstantissimus, eiqve notissimus, Gitzur *episcopus, muneri gravissimo parem judicaret.* Thorlacus *staturæ erat mediocris; vultu longiusculo, capillis ex fusco albicantibus, oris habitu, qvem ad favorem conciliandum natura finxerat, sed qvi vulgo non dicebatur formosus; nec, ut pleriqve judicabant, eloqvio*

 satis

A. C. landinu, oc þeim ſýndiz hann óſendi-
1117 ligr til ſlíkrar tignar, enn hann ſvaradi
ſva ſiálfr, at ei kæmi þat til þeſſ, oc
kvad meirr þat vallda, at hann hefdi
meirr leynt annmörkum fyri mönnum
enn Gudi, oc af þeſſum ſvörum þótt-
uz menn vita at hann mundi vel fall-
inn vera til ſlíkrar tignar; enn er hann
kom á fund *Öſſurar* Erkibiſcups, þá
ſá hann brádt hvörr madr *Þórlákr*
var, oc tók vid honum med ſæmd
oc virdíngu, enn hafdi í (y) nockra
tregdu um vígſlu hans, oc taldiz ei
kunna at ſetia höfut á höfut ofan;
enn þó, at ordſendíngu *Gitzurar* Bi-
ſcups, þá het hann hönum vígſlunni,
oc vildi ei til þeſſ ſtadar vígia er ádr
var annar Biſcup at, oc bad hann
kióſa ſér ſtad at hann væri til vígdr,
enn leyfdi þó at hann væri í *Skála-
holti*, ef *Gitzur* Biſcup leyfdi hönum
þat, ef hann væri á lífi. þá *Þórlákr* Bi-
ſcup kæmi út. *Þórlákr* var vígdr til
1118 Biſcups III nóttum fyri *Philippi* meſſu
oc *Jacobi*, oc var hann vígdr til
ſtadar

(y) mikla, *multa*. F. M.

A. C.

satis gravis erat. Cum is igitur 1117
ad exteros venerat, visa est illis Islandia
virorum præstantium admodum paupera,
(y) þridia máta. A. R. & 9. *alii.*
(z) þann skort á. E. G. 9. *alii.*

sunt, qvi templi structuræ singulis seme- A. C.
stribus impendebantur sumtus, erogandi tam in lignorum apparatum, qvam fabrorum mercedem, atqve alios sustentandos homines, qvibus hic erat usus, ut visum sit prudentioribus, omnem hoc opus postulare pecuniam, qvantamcunqve sedi vel cumularent decimæ, vel alii hujusmodi reditus. Tantas secundo impensas postulavit ipsa alenda familia, tantos sumtus domesticorum multitudo, hospitum freqventia, & aliæ res necessariæ, ut ad has impensas eroganda viderentur, qvæ sedes possidebat, bona omnia mobilia. Convi*viorum tertio freqventes adeo erant apparatus, tantaqve largitus est (episcopus) dona amicis, qvi & multi fuere & nobilissimi, ut ad hos sumtus ferendos propemodum immensa pecuniæ vis reqvireretur. Sed omnipotens Deus, qvi omnia bona de suo nobis largitur, fecit ipse, ut nihil eorum deesset, qvibus opus erat, tam ad templi structuram, qvam ad alias res necessarias, ex voluntate episcopi, dum viveret, parandas. Templi* Skalholtensis *hi præcipui fuere architecti:* Arnas, *qvem* Architectorum *dixeris* principem, & Biörn

 dictus

A. C. *Hagi Þórvalds*son, *Illugi Leifs*son telgdi oc vidu. Enn þá er kyrkian var algiör, orti *Runólfr* Biscups son (86) vísu þessa:

Hraust (a) var höll sú er Kristi,
Hugblídum let smída,
Gód er rót und rádum,
Ríkr (b) stiórnari slíkum.
Gipta vard þat er giördi
Guds rann (c) iugtanni.
Petr hefr eignaz ítra
Arna smíd oc *Biarnar*.

XVIII. Cap.

Klængr Biscup var svo mikill (d) málafylgismadr, ef hann var adsóktr til ásiár, at hann var bædi höfdíngi mikill sakir vitsku oc málsnilldar, hönum vóru oc landslögin í (e) kunnara lagi, af því höfdu þeir höfdíngiar allann

(a) er. E. G. L. O. R.
(b) stiórnar. E. G. 5. *alii*, ríkum stiórnara P.
(c) Igultanni. E. R.
(d) málafylgiu. A. B. C. D. L.
(e) kríngara. H. M. Q.

dictus Hagi (*artificiosus*) Thorvaldi *filius*. A. C.
Illugius *quoqve* Leifi *filius ligna dolavit*.
Absoluta templi structura, Runolfus *episcopi filius hoc carmen cecinit:*

Firma fuit basilica, qvam Christo,
Benigno animo exstrui fecit
(Bona est talis consilii ratio)
Potens præsul.
Feliciter accidit, ut faceret
Domum Dei Ursus (i. e. *Biörn*).
Petrus (*Apostolus*) *nactus est præstantium*
Arnæ & Biörnis *ædificium*.

Cap. XVIII.

Klængus *episcopus eam sæpe operam præstitit coram judice litigantibus, si patronus & consultor adhiberetur, ut ob prudentiam non minus, qvam eloqventiam, in magno honore esset. Leges* (*enim*) *patrias melius calluit qvam pleriqve alii,*

 qvare

(86) Runolfus filius erat Ketillis Episcopi Holensis, cujus in *Sturlungasaga* non incelebris mentio. Obiit anno 1186 ut ex communi Annalium antiqvorum testimonio constat.

A. C. allann hlut mála er Biſcup var í fylgi med, var oc engi ſú giörd um ſtór mál, at ei være *Klængr* Biſcup til hvörrar tekinn. Þeir vóru oc hans vinir (f) trauſtaſtir (g) er meſt var undir á *Islandi*, *Jón Lopts*ſon oc *Gitzur Halls*ſon; *Klængr* Biſcup átti giafa (h) víxli vid hina ſtærſtu höfdingia í ödrum löndum þeim er í nánd vóru, oc af ſlíkum hlutum vard hann vinſæll bædi utanlands oc innan. Enn þá er kyrkia var giör í *Skálaholti*, ſvo Biſcupi þótti hún til vígſlu fallin, þá giördi Biſcup veitſlu mikla oc ágæta vinum ſínum, oc baud þángat *Birni* Biſcupi oc *Nicoláſi* Abóta (87) oc mörgum höfdíngium, oc var þar hinn meſti fiölldi bodsmanna. Þeir vígdu bádir kyrkiu í *Skálaholti*, *Klængr* oc *Biörn*, annar utan enn annar innan, oc helgudu bádir *Petri* Poſtula ſvo ſem ádr hafdi verit, enn *Nicolás* Abóti hafdi formæli. Þat var á degi Viti,

(f) trúfaſtir. F. 4. *alii.*
(g) er meſt voro virdtir. E. G. O. R.
(h) vixl. A. B. C. F. veitſlu. M. P. Q.

quare magnates, à quorum partibus ste- A. C.
tit episcopus, victores foro cessere; nec ulla extitit lis gravioris momenti, cui Klængus episcopus non adhiberetur arbiter. Fuere etiam amicorum ejus fidissimi, qvi in Islandia omnium erant potentissimi, Joannes Lopti filius & Gissur Halli filius. Munera alternavit Klængus episcopus, cum summis apud exteros principibus regionum vicinarum; qvibus rebus, tam intra qvam extra patriam, amicos sibi paravit. Templi Skalholtini cum eo perducta erat structura, jam ut illud inaugurari posse judicaret episcopus, magnum & opiparum convivium amicis struxit, cui convivas vocavit Biörnem episcopum Holensem, Nicolaum abbatem, & multos insulæ optimates, adeo ut ibi ingens convivarum multitudo adesset. Uterqve episcoporum, Klængus & Biörn, alter extrinsecus, alter intrinsecus, templum inaugurarunt, consecraruntqve Petro apostolo, cui antea fuerat sacrum, orationem habente Nicolao abbate, id qvod
Viti

(87) Nicolaus iste erat primus Abbas monasterii Thveraënsis, distingvendus ab altero Nicolao, Abbate Nidrosiensi, qvi eidem ætate erat suppar.

A. C. Viti píningarvotts. Enn eptir tídir baud *Klængr* Biſcup öllum þeim mönnum er vid kyrkiu vígſlu höfdu verit at hafa þar dagverd, þeim er ſer þótti þat betr gegna, oc var þat enn giört meir af ſtórmenſku enn fullri forſiá, af því at á einn veg (i) reyniz þat ávallt, at eiga undir mörgum heimſkum, er einn vitr madr má vel fyriſiá med ſtillíngu, mátti þar oc þá mikit at raun um þat komaz, fyri því at ei höfdu þar færri menn dagverd enn VII.C manna, oc urdu tillög med óhægindum ádr letti. Sú veitzla var allvirduglig, at öllum mönnum er þángat var bodit, oc voru þeir allir, er virdíngamenn voru, med ſtórgiöfum á burt leyſtir. Eigi at ſídr feck Biſcup til kyrkiu í *Skálaholti* (k) allt þat er þurfti, uns hún var at öllu velbúin; hann let giöra gullkaleik, oc ſetia gimſteinum, oc gaf Kyrkiunni, hann let oc rita tídabækur miklar

(i) manni, *add.* A. B. C. D.

(k) þat meſt hann mátti til fá, *quantum comparare potuit.* E. G. O. R.

Viti martyris die factum est. Sacris peractis, invitat episcopus ad prandium advenas omnes, qvi encæniis interfuerant, qvibuscunqve id volupe esset; qvod tamen fecit, magis ut magnificentiam ostentaret, qvam rem rite præmeditatus: eundem enim semper sortitur res eventum, si id multorum stultorum arbitrio permiseris, qvod unus sapiens, adhibita moderatione, cavere facile posset; id qvod tunc maximè experientia docuit: cum enim non pauciores, qvam septingenti, ibi prandium sumerent, non sine magna difficultate apparatus datum est istud prandium, anteqvam ejus factus est finis. Fuit (tamen) hoc lautissimum convivium, si ad illud vocatorum multitudinem respexeris, qvorum honoratiores omnes amplissimis aucti xeniis dimissi sunt. Nibilo minus episcopus ad templi Skalholtensis *structuram necessaria omnia postea comparavit, donec illud à rebus omnibus probe paratum erat & instructum. Calicem ex auro factum & gemmis ornatum, templo ille dono dedit.* A. C.

A. C. miklar oc (l) miklu betri enn ádr vóru. Sú var öll idia hans ſenn, at kenna preſtlíngum, oc ritadi, oc ſaung pſaltara, oc mælti þó allt þat er naud (m) bar til. (n) Meinlátſamari í mörgu lagi, vid ſiálfan ſic, enn adrir Biſcupar höfdu verit, í vökum oc föſtum oc klædabúnadi; hann geck opt berfættr um (o) nætur í ſnióum oc froſt-
1162 úm. Þá er *Klængr* Biſcup hafdi X vetr Biſcup verit, þá andadiz (88) *Biörn* Biſcup at *Hólum* II nóttum eptir Lúcas meſſu, þá er hann hafdi XV vetur Biſcup verit, enn um ſúm-
1163 arit eptir var kiörinn *Brandr* preſtr *Sæmundar*ſon, oc hafdi hann utan med ſer bref *Klængs* Biſcups á fund *Eyſteins* Erkibiſcups, oc var hann vígdr til Biſcups Máriumeſſudag hinn ſídari, oc var í *Biörgvyn* um veturinn, oc

(l) lángtum. A. B. & 8. *alii.* öllu. O.
(m) bad. A. B. D. G. K. R. baud til. F.
(n) meinlátſamr. A. B. 10. *alii.*
(o) vetur, *hiemes.* 7. *Codd.*

(88) Biörn Epiſcopus (fide Annalium) obiit anno 1162, ejus vero ſucceſſor Brandus Epiſcopus inauguratus

dit. Ille etiam exſcribi curavit brevia- A. C.
ria optimæ notæ, prioribus multo meliora. Omnis ejus induſtria in eo junctim verſabatur, ut pueros inſtrueret ſacerdotii candidatos olim futuros, (libros) exſcriberet, & pſalterium cantaret, ſub his junctis negotiis ea ſimul loqvens, qvæ uſus tuliſſet. Variis modis incommoda ſibi ipſi facesſivit, plura qvam epiſcopi priores, vigiliis, jejuniis, & veſtitu; etiam ſæpe noctu, inter nives & frigora, pedes ambulavit.
Cum Klængus *epiſcopus decem biemes epi-* 1162
ſcopi munere functus erat, Biörn Holenſis *epiſcopus obiit, duabus noctibus poſt Lucæ feſtum, cum qvindecim biemes epiſcopus fuerat. Seqventi vero æſtate, electus eſt*
Brandus *ſacerdos* Sæmundi *filius, qvi ex* Is- 1163*
landia Klængi *epiſcopi literas ſecum portans ad* Eyſteinem *Archiepiſcopum profectus, feſto Mariæ poſteriori epiſcopus eſt inauguratus. Hyeme* Bergis *una cum*

---

* tus eſt anno 1163; nam qvod annus 1164 ab *Annalibus Skalholtenſibus antiqvioribus, Recentioribus, & Membraneis* adſcribitur, de ejus in patriam reditu intelligi poteſt; qvamvis nec negandum ſit, qvod *Sturlungaſaga* libr. 3. cap. 1. hunc ad annum 1165 referre videatur.

A. C. oc ſvo *Jón Lopts*ſon, enn ſidan fór Biſcup
1164 út um ſumarit eptir, oc ſettiz á Biſcups-
ſtólinn á *Hólum*, ſem hann var til vígdr.

XIX. Cap.

Klængr Biſcup hellt allt til elli vegſemd ſinni oc (p) vinſældum, ſvo at allir virdtu hann mikils, þeir ed meſt vóru verdir. Enn er hann tók at (q) elldaz, þá ſókti at hönum vanheilſa mikil, oc tóku í fyrſtu fætur hanns at opnaz af kullda oc meinlætum oc óhægindum þeim er hann
1173 hafdi haft. Enn er hann tók at mæda bædi elli oc vanheilſa, þá ſendi hann utan bref ſín til *Eyſteins* Erkibiſcups, oc bad hann leyfis, at hann ſkyldi ná af hendi at ſelia (r) landſiölſkylldir biſcupsdóms ſíns, oc at taka annann Biſcup í ſtadinn, eptir dæmum *Gitzurar* Biſcups, enn þau ord kómu aptr

(p) vinſælld. F.
(q) ellaz. F.
(r) lanz fiölſkyldu biſcupsdæmis. A. B. & 7. *al.*

cum Joanne Lopti *filio transacta, in* Islandiam *proxime seqventi æstate redux, sedem occupavit episcopi in* Holis, *cui erat inauguratus.* A. C. 1164

Cap. XIX.

Klængo *episcopo adsenectutem usqve suus mansit honos populiqve favor, adeo ut eum magni facerent omnes, qvotqvot ipsi dignitate erant maxime conspicui. Senescentem adversa & gravis incessit valetudo, cui primum obnoxii pedes ejus, doloribus vexabantur ulcerum, qvæ ibi aperuerant frigora, incommoda variæ atqve molestiæ, qvas olim pertulerat. Se-* 1173
nio igitur & morbo paulatim fatiscens, Eysteini *Archiepiscopo literas misit, qvibus id sibi dari petiit, ut depositis plusculis sui officii muneribus, exemplo* Gissuris *episcopi alium liceret suo loco sufficere.*

A. C. aptr frá Erkibiſcupi at í hans leyfi
1174 ſkylldi Biſcup kióſa oc ſenda utan, enn hann ſkylldi hallda upp tídagiörd oc kenningu, medan hann væri til fær, þótt hann væri ei fær til yfirferdar. *Klængr* Biſcup fór til alþíngis, oc fókti þá (s) at höfdingia at madr væri til Biſcups koſinn, oc var þat allra manna rád at hann ſkyldi kióſa þann ſem hann vildi, enn hann kaus *Þorlák* (t) *Þórhalla*ſon, er þá var Abóti í *Þyckvabæ*, oc var þat mikil gæfa *Klængs* Biſcups, er hann kaus þann mann eptir ſic er nú er ſannheilagr, oc allir mega vita at alldrei fyrrmeir hefr neinn madr at því reynſt á *Islandi* (89) nema hinn Heilage *Þorlákr* Biſcup er þá var til Biſcups koſinn. Enn þó hafdi *Klængr* Biſcup ſtadarforrád þau miſſere, oc var þó óhægt fyrir at ráda, því at þá lágu eingar giafir til ſtadarins, enn afvinna vard eingu

(s) á *prô* at. A. D. F.

(t) Þórhalls. B. C. K. Þórvallds. A. D. Þorláks. 7. *Codd. male*.

Redditæ ab Archiepiscopo litteræ id tu- A. C.
lere responsi, licere ejus permissu novum 1174
eligere episcopum, electumqve peregre mittere, ipsum vero (Klængum *episcopum*) *sacrorum administrationem continuare jusserunt, licet obeundæ dioecesi impar esset.* Klængus *episcopus ad comitia profectus, proceres rogavit, ut episcopus eligeretur alius qvidam, qvibus omnibus visum est consultum, ut ipse, qvemcunqve vellet, eligeret; elegit ergo* Thorlacum Thorhalli *filium, tunc temporis monasterii* Thyckvabæensis *Abbatem; qva in re magna fuit* Klængi *episcopi felicitas, cum in suum locum eligeret illum, qvi nunc verè sanctus est, & de qvo omnibus constet, talem in* Islandia *repertum esse neminem, præter ipsum episcopum* Thorlacum Sanctum, *qvi tunc episcopus est electus. Per ea tamen semestria penes*[89] Klængum *episcopum sedis episcopalis fuit administratio, licet ea administratio ei valde difficilis esset: tunc enim sedi nullæ accesserant donationes, expensæ vero necessariæ nihilo qvam hodie erant minores. Cum*

(89) Hinc ætas scripti facile intelligitur, nam Thorlaci sanctitas publice recepta fuit 1198, sed Jonæ Episcopi anno 1200, ita ut scriptum hocce, dicti biennii tempore, scriptum esse inde concludi possit.

A. C. eingu minni. *Klængr* Biſcup ſeldi
1175 ſiálfr af hendi ſtadarins forrád, oc
feck þau í hendr *Þorláki* (u) Abóta
oc þeim mönnum er hann kiöri til
med ſer. Enn hin ſídurſtu miſſeri er
Klængr Biſcup lifdi, reis hann náliga
alldrei úr reckiu, oc bióz eptir því
vidr andláti ſínu, ſem hvör vitr madr
mundi ſer hellſt kióſa í laungum van-
mætti. *Klængr* Biſcup var vígdr til
Biſcups á dögum *Evgenii* Páfa (90),
af *Aſkeli* Erkibiſcupi á dögum *Ey-
ſteins* oc *Sigurdar Noregs* Kónga,
hann hafdi þá II vetr hins fimta tug-
1176 ar, oc var Biſcup XXIIII vetur. Hann
andadiz þrim nóttum eptir Mattias
meſſu oc ber ſvo ártíd hans, enn fiór-
um ef hlaupár er. Þá var þvottdagr
í imbrudögum um lángaföſtu. Þá
var lidit frá híngadburdi Kriſts, at
áratali, einum vetri midr enn ſiötígir
hins tólfta hundrads, oc var hann
grafinn hiá hinum fyrrum Biſcupum.
Enn

(u) Biſcupi. E. G. L. O. R.

(90) Eugenius Tertius Papa ſedit ab anno 1145 ad 1153.

A. C.

sedis administrationem Klængus *episcopus* 1175
deponebat, eam in manus tradidit Thorlaco *Abbati aliisque qvos hic socios elegit. Ultimis vero, qvibus* Klængus *episcopus vixit, annis, de lecto nunqvam fere surrexit, sed se ut morti obviam iturum paravit, eo modo, qvo id facere optasset sapiens qvisque, qvem longa detinet valetudo.* Klængus *episcopus ab* Askele *Archiepiscopo inauguratus est,* Evgenii *Papæ* Eysteinis*qve &* Sigurdi Norvegiæ *Regum tempore, qvadraginta duas hiemes natus, viginti qvatuor hiemes munere epi-* 1176
scopi functus est, sed tres noctes post Matthiæ festum mortuus, qvo festo die ejus anniversaria celebrantur, qvatuor autem noctes (post dictum festum) si annus fuerit bissextilis, die Saturni, in qvatuor temporum jejuniis qvadragesimalibus, qvo tempore, à nato Christo, secundum computum vulgarem, undeseptuaginta seculi duodecimi hiemes erant elapsæ. Prioribus episcopis vicinus est sepultus; adfuit

 autem

1153. Qvod ea qvæ de Chronologia nostri supra p. 28. notavimus, ulterius confirmat.

A. C. 1176 Enn *Þorlákr* Abóti ſtód yfir hönum, bædi yfer *greftri hans, oc andláti, oc bar hönum allſkonar (x) giptuſamliga til, er ſlíkr madr ſkylldi yfir hönum ſtanda bædi lífs oc (y) öndudum, ſem nú reyniz fyri Gudi hinn (z) ſæli *Þorlákr* Biſcup.

XX. Cap.

Mörg urdu ſtór tídindi medan *Klængr* var Biſcup, þó at ec geti her ei margra. Þá vard fyrſt fráfall þeirra brædra *Haralds*ſona *Gilla Noregs* Kónga, *Sigurdar* fyrſt, þá *Eyſteins*, enn *Inga* (91) ſidarſt, oc andlát *Jóns* Erkibiſcups (92) oc fall *Hákonar Herdibreids*

(x) gæfuſamliga. M. O. P. Q.
(y) lidnum. A. B. & 9. *al.*
(z) helgi, *Sanctus*. A. B. C. D.

---

(91) Rex Sigurdus interfectus eſt anno 1155, Rex Eyſteinn anno 1157, & Rex Ingius anno 1161. *Annales* eqvidem *Skalholtenſes antiqviores*, *Recentiores* & *Membranei* cædem Sigurdi ad 1154 & *Breviores* cædem Eyſteinis ad 1158, ſed Ingii ad 1160, referunt, qva in re fidem vix merentur.

autem Thorlacus *Abbas*, *& sepulturæ* A. C.
ejus & morti, *id qvod feliciter admodum* 1176
ei accidit, *ut tam vivo qvam mortuo vir tantus adstaret*, *qvantus coram Deo beatus* Thorlacus *episcopus esse nunc cognoscitur*.

Cap. XX.

Klængo *episcopo*, *plurimæ res acciderunt maxime memorabiles*, *licet hic multæ non memorentur*. *In hoc tempus fratrum*, Haraldi Gillii *filiorum*, Norvegiæ *Regum*, *decessus incidit*, *primo* Sigurdi, *deinde* Eysteinis, *& ultimo* Ingii; Joannis *Archiepiscopi obitus*; Haconis Herda-

(92) Johannes primus Norvegiæ Archiepiscopus obiit anno 1157, ut *Annales Regii*, *Reseniani*, *Flateyenses*, *Oddenses*, & *Holani* utriqve testantur, non autem 1158, ut volunt *Annales Skalholtenses antiqviores*, *Membranei*, *Breviores* & *Recentiores*. *Vita Johannis Sancti*, qvæ Augustinum (sive Eysteinem) primum Norvegiæ Archiepiscopum appellat, graviter errat, & in hac re audienda non est.

A. C. *breids* (93), oc andlát *Biarnar* Biſcups at *Hólum* (94). Á dögum *Klængs* Biſcups var píndr hinn heilagi *Thómas* Erkibiſcup (95) í Englandi; oc á hans dögum kom annat ſinn upp elldr í *Heklo* (a) fialli (96), þá vard oc (b) jardſkiálfti ſá er mannſkadi vard at (c). Þesſir menn önduduz Islendſkir medan *Klængr* var Biſcup: *Jón Sigurdar*ſon (97) oc (d) *Hreinn* (e) á *Bári* (98), *Páll Þórdar*ſon, oc *Gud-*

(a) felli, *monticulo*. E. F. G. O. R.

(b) landſkiálfti. L. ſkiálfti jardar. F.

(c) *Hic Codex* L. *prolixam ſubnectit relationem de ignis ex Hecla monte eruptione anno* 1300, *quæ vero ad hunc locum non ſpectat.*

(d) Hreinn á Bári, *omittunt*. A. B. C. D. F. & 7: *al.*

(e) *Legendum* Abóti, *monente*. A. Magnæo *in marg.* R.

---

(93) Rex Hacon [illegible]nerosus cecidit anno 1162. Soli *Annales Breviores*, pro more, ejus mortem ad annum præcedentem anticipant.

(94) Vid. ſupra not. 88. *Annales Breviores* annum Biörnis emortualem 1163 minus accurate adſcribunt.

Herdabreidi *cædes*, & Biörnis *episcopi* A. C. Holensis *mors*. Klængi *episcopi tempore*, Sanctus Thomas *Archiepiscopus in* Anglia *obiit*, *tortus necatusque*. *Ejus etiam tempore* Hecla *mons ignem secundo evomuit*; & *tunc quoque terræ motus exstitit*, *quo homines aliquot perierunt*. Klængo *episcopo*, *mortui sunt* Islandi: Joannes Sigurdi *filius* & Hreinn Barensis, Paulus Thordi *filius*, Gud-

(95) Martyrium S. Thomæ Archiepiscopi incidit in 29 Dec. 1170. *Annales Regii* apud *Langebek* Script. Rer. Dan. Tom. 3. pag. 63. illud anno seqventi adscribunt.

(96) Eruptionem ignis subterranei ex monte Hekla omnes *Annales* antiqvi ad annum 1158 referunt, soli autem *Flateyenses* annum 1157 adscribunt.

(97) Si hic mendum esset, *Sigurdar* pro *Sigmundar*, certe indicaretur mors viri in patria celeberrimi Jonæ Sigmundi filii, qvem anno 1164 fatis cessisse testantur *Annales Regii* loc. cit. pag. 63. *Flateyenses* & *Holani antiqvi*; sed *Sturlüngasaga* libr. 3. cap. 1. videtur ejus mortem ad annum 1166 referre.

(98) Hreinn sive Reiner Abbas, Styrmeris filius, cujus genealogia multis in *Landnámabók* Edit. Havn. locis pertexitur, erat Sancti Johannis Episcopi Holensis discipulus, & Abbas consecratus anno 1166, obiit anno 1171, ut Historiæ & Annales constan-

ter

A. C. *Gudmundr Ketils*ſon, *Biarnhedin* preſtr *Sigurdar*ſon (99) oc *Beinir* bródir hans, víg *Helga Skapta*ſonar (100), oc *Nicolás Sigurdar*ſön (101) var þá felldr í *Þrándheimi*. Nú má oſt ſýnaz ſem ei hafi ſlíkr ſkörúngr verit á *Islandi* fyri margs ſakir ſem *Klængr* Biſcup var, vilium ver oc þat ætla at hans rauſn muni uppi vera medan *Island* er byggt.

Nú er komit at fráſögn þeirri er ſegia ſkal frá hinum ſæla *Þorláki* Biſcupi, oc er þessi ſaga her ſamin til (f) ſkemtunar gódum mönnum, oc til fráſagnar ſem adrar þær er her eru fyrri ritadar. Enn ſvo vel ſem fráſögn (g) fer frá hverium þeirra, þá

(f) eptirtektar. F.
(g) er *pro* fer. A. B. & 10. *al.*

ter teſtantur. Hic ipſe erat tertius Abbas Thingeyrenſis, & poſtea primus Hytardalenſis Abbas. *Sturlungaſaga* libr. 2. cap. 34. qvæ hunc Abbatem Thveraenſem appellat, in mendo cubat, cum Thingeyrenſem vocare debuiſſet.

(99) Biarnhedinis laudes multis canunt *Þorlákſſaga Helga* Mſ. & *Sturlungaſaga*, ſed genealogiam exhibet *Landnámabók* Edit. Havn. pag. 37. Obitum ejus Annales omnes anno 1173 adſcribunt.

Gudmundus Ketillis *filius*, Biarnhedinn *sacerdos* Sigurdi *filius*, & Beiner *ejus frater*, *cæsus* Helgius Skaptii *filius*, & Nicolaus Sigurdi *filius in* Thrandhemia *occisus*. *Hæc nobis manifestum reddent*, *talem tantumqve*, *varias ob causas*, *virum nunqvam habuisse* Islandiam, *qvalis erat* Klængus *episcopus*; *qvare speramus*, *fore*, *ut qvamdiu habitata erit* Islandia, *magnifici adeo viri ibi superstes futura sit memoria*. A. C.

Ad ea, *qvæ de beato* Thorlaco *episcopo sunt referenda*, *jam nostra deducta est narratio*; *cujus qvidem historia*, *ut bonos oblectet*, *utqve rerum gestarum servet memoriam*, *hic est composita*, *eodem modo*, *qvo cæteræ supra scriptæ historiæ*. *Qvamvis autem de singulis eorum multa nar-*

---

(100) Hunc in comitiis universalibus interfectum fuisse anno 1175, testantur pleriqve Annales & *Sturlungasaga* libr. 3. cap. 1. Factum autem ipsum *Gudmundarsaga Góda* multis enarrat. Sed *Annales Breviores* & *Fragmentum Annalium* supra allegatum, qvod dictos Annales presso pede seqvitur, annum 1176 præferunt.

(101) Cædem istius Nicolai *Sturlungasaga* loc. cit. *Annales Regii*, *Flateyenses*, *Oddenses*, *Breviores* & *Holenses* utriqve, ad annum 1176 referunt.

A. C. þá eru þó eingin dæmi fegri í alla stadi, enn frá þessum hinum dýrdliga Guds vin er at segia, *Þorláki* Biscupi, er at rettu má segiaz geisli edr gimsteinn] (h) heilagra bædi á þessu landi oc annarstadar um heiminn, hann má at sönnu kallaz Postuli *Islands*, oc sem (i) hinn heilagi *Patrekr* Biscup kallaz Postuli *Irlands*, því at þeir frömdu verk Postula siálfra í sínum kenningum oc þolinmædi bædi vid óhlýdna menn oc rángláta.

(h) Islandi oc svo annarstadar, hann má oc. A. B. & 9. *al.*

(i) heilagr. F.



Saga

narrentur egregia, nulla tamen ab A. C.
omni parte pulchriora occurrunt virtutum exempla, quam quæ de hoc pretioso dei amico dicenda veniunt, de Thorlaco *episcopo, qui merito inter sanctos radius solis vel gemma dici potest, in hac non tantum insula, sed alibi etiam terrarum.* Islandiæ *Apostolus ille vere salutari meretur, quemadmodum* Hiberniæ *Apostolus vocatur sanctus* Patricius *episcopus: vicibus enim ipsorum Apostolorum functi sunt ambo, sive doctrinam respexeris, sive, qua erga contumaces ac improbos usi sunt, patientiam.*



Vita

A. C. Saga af PALE Skálahollts Biscupi.



I. Cap.

Páll var son *Jóns* hins göfugasta manns (1), *Lopts*sonar, *Sæmundar*sonar hins *Fróda*. Módir *Jóns* var *Þóra* dóttir *Magnúss* Kóngs *Berfætts*, enn módir *Páls* var *Ragneidr Þórhalls* dóttir, systir *Þorláks* Biscups hins *Helga*. *Páll* var fæddr upp í *Odda* med *Jóni* födr sínum oc lagdi hann siálfr, oc svo aþrir, því meiri virdingu á hann sem hann var elldri. *Páll* var vænn at áliti, fagræygr oc fastæygr, hrockinhárr oc fagrhárr, limaþr vel oc lítt feitr (a), litbiartr oc hörundsliós, meþalmadr at vexti oc manna kurtæisastr, hann var næmr oc vel lærdr þegar á únga alldri, oc hagr at hvívetna

(a) fættr. *Sv.*

(1) Genealogiam Pauli Episcopi infra Tab. 2. ut & uxoris

ren

Hiſtas.

8. or *Thorunna Forni*

s Halthori, filia

olfus, uxor *Valgerda Gamli* fil.

ali

orlaci Epiſcop. Holenſis.

e *Ogri*.

oni *nis* de *Thingöris*

c. e Munkathveraa

e

yd

denſis.

Sig

Magnus, u. *Thorunna Joannis*, v. *Dives* dicta.

Jon, u. *Jorunna Magni*, Nomoph. filia.

Ragnheida, m. *Enarus Torfi*, Paſtor.

Thorunna, m. *Magnus Biörnonis*, Jud. ped.

Enarus, Jud. ped. ux. *Helena Johannis*

sb enſis

eo erſunt.

Magnus, inter architectos militares centurio † 1728.

Magnus Paſtor.

Thorunna, m. *Brynjolfus Johannis* de *Liáſkogis*

Helena, m. *Johannes*, liberi aliqvot adhuc in vivis ſunt.

Vita PAULI Episcopi Scalaholtensis. A. C.

Cap. I.

Paulus *filius fuit viri nobilissimi* Joannis Lopti *filii*, Sæmundi *filii* multiscii: *Mater* Joannis *erat* Thora, Magni *Regis* Nudipedis *filia*, Pauli *vero mater* Ragneida Thorhalli *filia*, Sancti Thorlaci *episcopi soror*. Paulus *in prædio* Odda *educatus est apud* Joannem *patrem suum*, *apud quem, ut & alios plures, eo magis crevit ei honor, quo magis ipse crevit ætate*. Paulus *facie fuit decora, venustis & fixis oculis, crispo nitidoque capillo, membris concinnis & pinguiusculus, sereno faciei colore, cute candida, mediocri corporis statura, moribus cultissimis; docilis & in prima etiam adolescentia literis probe imbutus, ad rem omnem dexter, sive scribe-*

---

uxoris ejus Herdisæ Tab. 3. exhibebimus, ex quibus innotescit eos, optimo genere natos fuisse.

A. C. vetna því er hann giördi bæþi at riti oc ödru. Hann kvangaþiz úngr oc fær *Herdísar Ketils* dóttr, vænnrar konu oc vel at ser, at hvívetna því er kvennmann mátti prýda. Enn er þau höfdu fá vetr saman verit, þá fór *Páll* utan, oc var á hendi *Haralldi* Jarli í *Orkneyium* oc lagdi hann mikla virdíng á hann, enn sídan fór hann súdr til *Englands*, oc var þar í skóla, oc nam þar sva mikit nám, at trautt vóru dæmi til, at nockr madr hefdi jafnmikit nám numit, ne þvílíkt, á jafnlángri stundu; oc þá er hann kom út til *Islands*, þá var hann fyrir öllum ödrum mönnum at kurteisi lærdóms sins (b), versagiörd oc bókalestri (c); hann var svo mikill raddmadr oc saungmadr, at afbar saungr hans oc rödd af ödrum mönnum þeim er þá voru honum samtída; hann fór þá enn til vistar í *Odda*, oc hafdi þá enn gott yfirlæti, sem vert var.

II.

(b) lærdómsins. O.

(c) bókalistum. *St.*

scriberet, sive aliud ageret. Adolescens in matrimonium contraxit, uxore ducta Herdisa Ketillis *filia, eleganti muliere & rebus omnibus, quæ fœminam decent, optime instructa. Paucas hiemes cum conjuges fuerant,* Paulus *peregre profectus aliquaindiu mansit apud* Haraldum *Orcadum Comitem, qui magnis eum honoribus affecit. Dein versus meridiem navigavit in* Angliam, *ubi scholam frequentans, tantam ibi scientiam sibi comparavit, ut exempla vix suppetant eorum, qui pari temporis spatio tantam & talem doctrinam sibi compararunt. In* Islandiam *redux eruditione, quæ eum ornabat, poëseos studio & frequenti librorum lectione ceteris omnibus præstitit. Vocis adeo sonoræ & canoræ fuit, ut cantus ejus & liquida vox, aliorum vocem superaret, qui ejus vixere tempore. Post reditum, ut antea, in* Odda *domicilium habuit, etiamnum, ut par erat, magni æstimatus.* A. C.

A. C.

II. Cap.

Enn litlu sídar gerdi *Páll* bú í *Skardi*, oc var margs til fyrst fátt, þess er hafa þurfti, enn svo kom skörúngsskapr þeirra beggia hióna oc (d) gódvilldar umsýsla í halld, at þau áttu ærit hvervetna skamms bragds, oc urdu þau þá fyrir hinum stærstu fiársködum, oc báru þau þat vel oc þrúdliga, enda var svo sem ecki gerdi af því, oc þá vóxu fe þeirra, sem fær gengi á land. *Páll* var (a) raungódr

(d) gódvild, *instar adjectivi.* A. B. C. D. gódvilld vina í halld. *Sv.*

(a) Qvod ad nostri genium & agendi cogitandiqve modum pertinet, ille ex dictis & jam dicendis patet; qvibuscum reliqvi scriptores consentiunt. *Vita Episcopi Gudmundi* autor, qvamvis totus in eo sit, ut stulto & præcipiti Gudmundi zelo omnem sanctitatis colorem inducat, Paulum tamen esse *virum bonum & sanctum, qvi multas à subditis perpessiones exantlandas habent, adeoqve & coram Deo tanto sit honoratior & acceptior*, non dissimulat. Qvantam & qvam felicem operam Paulus optimatibus Islandiæ in gratiam invicem reducendis impenderit, *Sturlungasaga* multis persequitur. Ita ei

A. C.

Cap. II.

Paulo post in prædio Skardi *domicilium fixit* Paulus, *licet initio deessent multa, qvibus opus fuit; verum utriusqve conjugis strenue navata opera & benevola cura eo profecit, ut brevi cujuslibet rei satis haberent, qvamvis maximam pecudum facerent jacturam, qvam æqvo & magno animo pertulerint; fuitqve ea res, qvasi non accidisset: postea enim opes illorum, instar maris, terram inundantis accreverunt.* Paulus *benignus erat natura;*

ei præprimis tribuitur pacis publicæ in Comitiis generalibus anni 1196 conservatio, & anno 1200 fratrem Sæmundum cum Sigurdo Ormi filio reconciliavit. Anno 1206, inter Episcopum Gudmundum & Kolbeinem Thomæ filium gratiam resarciit, felix uterqve, si pactis initis stetissent. Nec Paulus in subseqventibus turbis collegæ defuit, sed Gudmundum vagum & inopem ad se invitavit, salutaria ei communicavit consilia, & suam auctoritatem rebus ejus desperatis restituendis interponendam obtulit, qvæ omnia rigidus ille zelotes respuit, nisi Paulus etiam ad omnia miscendum, & cæco Gudmundi fervori velificandum, totum se daret, qvod à viro prudenti frustra petebatur. Nec tamen diffitendum est, Kolskeggum Divitem post fata Pauli

A. C. gódr oc sályndr, oc þýdr vid álla vini sína, oc alla góda menn, enn hann var (e) stirdlyndr vid vonda menn, þiófa oc (f) illmenni stiórnarmadr mikill var hann um alla hlúti í sinni sveit, oc örr til fara allstadar þar er þurfa þótti hans tilkomu. *Páll* var godordsmadr, oc hellt hann svo alla sína þíngmenn, til allra rettra mála, at hvergi vard þeirra (g) hlutr undir; *Páll* átti IIII börn, þau er úr barnæsku komuz, (h) vid *Herdísi* konu sinni, sonu tvá oc dætur tvær, synir hans hetu *Loptr* oc *Ketill*, enn dætur *Halla* oc *Þóra*, þau vóru öll væn at áliti, oc vel at ser þegar þau vóxu upp. *Þorlákr* Biscup módurbródir *Páls*, lagdi á hann mikla virding, oc unni hönum mikit, oc baud hönum

(e) strídlyndr. B. C.
(f) illrædis menn. O.
(g) hluti. O.
(h) med. B.

* Paulli Episcopi de eodem dixisse: *Paulus quidem primis temporibus haud satis æquus, & causæ suæ plus*

tura, sed taciturnus, erga amicos bonosque omnes obseqviosus, at in malos, fures & nebulones asperrimus; in sua ditione res omnes naviter & summa gravitate administravit, promtus ad omnia adeunda, qvæ ejus opera indigere videbantur. Curiam, cui præerat Paulus, *ita rexit, suisque curialibus, in re qvavis æqva, ita adfuit, ut nuspiam illorum partes essent deteriores. Ex uxore* Herdisa *qvatuor* Paulus *suscepit liberos, qvi adultam attigere ætatem, filios duos, duasqve filias; dicebantur filii* Loptus & Ketell, *filiæ autem* Halla & Thora, *omnes, cum adoleverant, venustate formæ honestisqve moribus commendabiles.* Paulum *in magno honore habuit ejus avunculus* Thorlacus *episcopus, eumqve eximie carum, & ad se convivam sæpe vocavit,* A. C.


plus justo insistens reputabatur, qvamvis, ex qvo Episcopus factus erat, bonum virum se præstiterit, qvod ab inimico dictum, ut sententiam qvandam, cui à Pauli actis auctoritas qværebatur, infringeret, contra nostrum non valebit, in primis cum ejus operam avunculo præstitam, haud obscure notare videatur. Conf. *Sturlungasaga* libr. 5. cap. 26.

A. C. hönum opt til sín, enn þó nockrir höfdíngiar adrir væru (i) andstreymir *Þorlâki* Biscupi, þá var *Páll* hönum því traustari frændi oc (k) fulltrúi, sem adrir gengu meir undan. Enn er *Þorlákr* Biscup andadiz, þá sýndi *Páll* enn sína (l) ást, enn flestir allir hans göfgor vinir.

III. Cap.

1194 Id næsta sumar eptir andlát *Þorláks* Biscups ins *Helga*, var *Páll* kiörinn til Biscups, ádr var miöc (m) laung (n) ræda um þat mál, enn þar kom at um sídir, at þat var lagt undir *Brand* Biscup (o), mest at rádi *Hallz Gitzurar*sonar (a), enn hann kaus *Pál* til utanferdar, enn hann játti ei brádt undir

(i) nockut andstreymir. O.
(k) fulltrúadri. *Sv.*
(l) dygd ástligri. O. ástligri frændsemi enn flestir. *Sv.*
(m) ílaung. O.
(n) tilræda. A. B. C. D. *Sv.*
(o) oc adra ástvini hans, *add.* O.


urus Eps
urida
i Regis Si-
gifer Isl.
Alfheida
Walgerda, m. Titus
Thorvaldus † 1235. 1) u. Jora Kl
T
Kolfinna, m. Arius Robustus † 1188.
Haldora † 1224. m. Bersius Haldori † 1204.
Gudmundus.
Klangus. † 1210.
Biörno
Titus, electus † 1214.
Thorgerda
Klangus.

vit, adeo ut licet qvidam alii magnates A. C.
Thorlaco *episcopo adversarii essent, eo fidelior ei adesset* Paulus *cognatus, cui eo magis fidere posset, qvo se magis subduxerunt alii.* Thorlaco *episcopo mortuo* Paulus *majorem, qvam pleriqve alii nobilissimi ejus amici, amorem præbuit.*

Cap. III.

Proxima æstate post Thorlaci Sancti *episcopi mortem,* Paulus *in episcopum* 1194
electus est; longo de hac re sermone habito, eo demum ventum est, ut ex Halli Gissuris *filii potissimum consilio, hoc negotium* Brandi *Episcopi arbitrio committeretur; ille autem peregre profecturum (ad munus capessendum) elegit* Paulum, *qvi non cito consensit (omn*

(3) Hallus filius Gissuris, de qvo supra pag. 1. 105. supremum in patria magistratum gessit, qvo anno 1209 abjit, postea Abbas anno 1221 consecratus, monasterio Helgafellensi, & post Thyckvabæjensi præfuit, obiit anno 1230. Plurima de illo *Sturlungasaga* & *Annales* referunt, qvæ omnia laudes ejus canunt. Genealogiam ejus vid. infra Tab. 1.

A. C. undir at gánga, oc geck annar til at
1194 ödrum at bidia hann, *Brandr* Biscup, oc svo brædr hans, oc adrir hans ástvinir, enn hann syniadi, oc fór vid þat heim af þíngi, sídan fór hann í *Odda* til Kyrkiudags, um Seliumanna messu, med mikilli áhyggiu, enn er allir vóru þrotnir á at bidia hann til, oc hann sá at þá var vid einga at bægiaz, nema í móti Guds vilia væri, oc villdi hann þat víst eigi, þá er hann íhugadi sitt rád; Þá skaut hinn Helgi Andi honum því í hug, at leggia siálfan sic í ábyrgd til þyrftar mönnum, oc geck hann þá sídan röskliga undir þann vanda er honum hafdi lengi ádr (p) hugr vid bodit. Enn litlu sídar fór hann í *Skálaholt* oc *Jón* fadir hans med honum, oc brædur hans, oc tók þegar vid öllum fiárforrádum stadarins. Hann baud þá þegar þar at vera *Gitzuri Halls* syni, er ádr hafdi þar verit um daga *Þorláks* Biscups hins *Helga*, oc mest stadarprýdi var at oc hýbýlabót þeirra

(p) fruman til, *addit. Sv.*

illud) subire, quare alter post alterum accedentes illum rogarunt, hos inter Brandus *episcopus, fratresque ejus & alii amicorum intimi; sed detrectavit ille, & re ita constituta, à comitiis domum ivit. Postea festo Sanctorum in insula Selia, curis æger, ad festum dedicationis templi celebrandum, ad prædium* Odda *profectus est. Omnibus autem rogando fatigatis, cum videret à se nemini hac in re incommodum fieri, nisi ipse voluntati divinæ obluctaretur; quod crimen neqvaqvam admittere voluit, rem serio meditatus: subiit divino spiritus sancti afflatu mentem ejus id consilii, ut pro aliorum utilitate se ipsum periculo objicere vellet, quo facto, grave negotium strenue subiit, à qvo mens ejus diu aversa fuerat. Paullo post, patre* Joanne *fratribusque ipsum seqventibus, ad* Scalholtum *ivit, ubi rerum opumqve, quæ sedis erant, curam omnem mox in se suscepit, Ibi manere statim jussit* Giffurem Halli *filium, qui tempore* Thorlaci Sancti *episcopi in* Scalholto *sederat, sedis istius summum ornamentum, & præcipuum, præ aliis, qvi* A. C. 1194

A. C. þeirra manna er þar (q) væri. *Páll*
1194 let öll hin sömu fiárforrád vera í *Skálaholti* sem ádr höfdu verit, enn hann setti *Þorkel* Prest *Halls*son til kyrkiu vardveitzlu, (r) oc þá piónadi hann honum fyrst er hann kom út, enn hann var sidan Canúki í *Veri*. *Herdís* vardveitti bú þeirra í *Skardi* oc börn þeirra öll, oc audrædi þeirra vel oc sæmiliga (s) medan hann var utan, oc var þat almælt, at eingi börn væri svo vel vanin, sem þeirra börn í öllu heradi, oc hellt þat vel skapi medan hún lifdi, af því at hún var allra kvenna vönduz, bædi fyri sína hönd oc annara manna sem opt bar raun á.

IV. Cap.

Páll fór utan hit sama sumar er hann var kosinn til Biscups, oc var þá diákni at vígslu. Honum greiddiz sin

(q) þá *Sv.*
(r) sá *pro* þá. *O.*
(s) sköruliga *Sv.*

ibi erant, decus & fulcimentum. Cætera, in Scalholto *opes administrandas* A. C. 1194
eisdem reliquit, qui ibi antea fuerant, templi vero custodiam (sacerdotis munus) Thorkeli *sacerdoti* Halli *filio, qui episcopo in* Islandiam *reduci primum ministravit, sed postea Canonicus* Verensis *factus est. Eam, quæ in* Skardio *erat, rem familiarem, liberosque omnes & possessiones bene ac prudenter curavit* Herdisa, *quo tempore ipse peregre erat, ferebatque omnium sermo, per totum territorium liberos non dari, qui cultis moribus possent cum* Pauli & Herdisæ *liberis comparari; id quod, quoad ea vixit, tenuit: fuit enim tam in suis, quam aliorum negotiis, omnium mulierum laboriosissima; id quod experientia sæpe docuit.*

Cap. IV.

Paulus *eadem æstate, qua in episcopum eligebatur, peregre profectus, tunc ordine Diaconus, prosperum habuit iter,*

in

A. C. sín ferd vel, uns hann kom til *No-*
1194 *regs* oc fór síđan til kaupángs í *Nid-*
arós, oc var þar um veturinn, uns,
(t) leid jól, oc þóttiz hver þeirra
manna bezt hafa, er hans sæmd oc
virding giördi mesta, því helldr er
göfigri vóru, oc virdu þeir þá rett.
Eirikr (4) Erkibiscup var í *Danmör-*
ku, þá er *Páll* (u) kom utan til vígslu,
oc var hann med *Absaloni* Erkibi-
scupi, enn *Sverrir* Kóngr (x) *Mag-*
nus var austr í *Vík*, oc fór þadan á
1195 *Upplönd*. Enn eptir jól fór *Páll* nord-
an úr kaupángi á fund Kóngs med
sínu föruneyti, oc var þá med hön-
um fiölldi Kóngsmanna, enn Kóngr
tók svo vel vid honum, sem sonr
hans edr bródir væri til handa hónum
kominn, oc giördi svo mikla virding
hans oc tign, sem hann mundi siálfr
kiósa edr hans vinir. Enn bædi var
at hann kunni betr enn flestir menn
adrir, oc hafdi betri færi á, oc sló
öllu

(t) kom. O.
(u) Biscups efni, *addit Sv.*
(x) Magnússon, *omnes*, *malè*.

in Norvegiam *usqve; ubi emporium pe-* A. C.
tens, qvod Nidrosiæ *est, ibi hiemem trans-* 1194
egit, ultra festum natalitiorum Christi, omnibus adeo honoratus, ut is primas ferre videretur, qui honorem ejus & dignitatem maximè promovisset, eo majore qvisqve studio, qvo erat nobilior, qva in re recte senserunt. Ericus *Archiepiscopus in* Dania, *apud* Absalonem *Archiepiscopum morabatur, cum* Paulus *in* Norvegiam *venit inaugurandus. Rex autem* Sverrer Magnus *in* Vikia *versabatur, unde in regiones superiores* (Upplandias) *se contulit. Post festum natalitiorum* 1195
Christi, Nidrosia *relicta, de septentrione profectus est suo cum comitatu* Paulus, *ut Regem conveniret; tunc magna regiorum satellitum frequentia stipatum, qvi ea humanitate eum suscepit, acsi frater vel filius ad eum venisset, tantaqve veneratione ac honore coluit; qvantam ipse* (Paulus) *amicive ejus optassent: etenim Regem hac in re & melior, præ aliis plerisqve, juvit scientia, & major facultas,*

(4) De Erico Archiepiscopo ejusqve exilio voluntario multis *Sverrissaga*, & ex illa *Torfæus* Histor. Norveg. Tom. 4. pag. 15. seqv.

A. C. öllu vid því er til (y) gæda var, er
1195 þeir mætti bádir göfgastir af verda.
Þórir Biscup vígdi *Pál* til prests í
Hamar kaupángi, þar var á imbru-
dögum á lángaföstu, einni nótt eptir
Matthias messu, oc fór hann sídan
aptr til Kóngs hina sömu nótt, oc var
þá med honum uns hann fór til *Dan-
merkr*, oc feck Kóngr honum alla
hluti þá er hann þóttiz hafa þörf á
úr landi, Kóngr let oc alla Biscupa
fá honum bref sín med innsiglum, þá
er í landi voru. Fór hann sídan til
Danmerkr um föstuna, oc kom til
Lundar Páskadaginn fyrsta, á fund Er-
kibiscupa, oc baud *Absalon* honum
þegar til sín, er hann kom, med hinni
mestu sæmd; enn beid hans at há-
messu, þegar hann vissi at hans var
þángat von. Var hann sídan med
Erkibiscupi um Páskavikuna, oc var
í hinu tíguligasta yfirlæti af þeim bád-
um, oc var þá þegar rádin vígsla
hans; af því at þeir gátu brádt.
reynt

(y) girnda *Sv.*

cultas, nulli rei parcentem, qua lætari A. C.
uterque, quave quam maxime posset ho- 1195
norari. Thorer *episcopus, in emporio* Hamarensi, Paulum *consecravit sacerdotem; id quod factum est, quatuor temporum diebus quadragesimalibus, postridie festi Sancti Matthiæ. Eadem nocte ad Regem reversus, apud eum mansit, donec in* Daniam *iter faceret, ad quod Rex eum rebus omnibus instruxit, quibus ipse sibi, extra regnum ituro, opus fore judicavit. Rex omnes, qui in regno aderant, episcopos, literas (commendatitias) ei dare jussit, quo facto, tempore quadragesimali in* Daniam *profectus, prima paschatis feria* Londinum (Scanorum) *venit ad Archiepiscopos, ubi venientem* Absalon *maximo cum honore mox invitavit apud se hospitaturum, & ad publica missarum solennia, quibus eum interfuturum audiverat, accedentem exspectavit. Apud Archiepiscopum cum hebdomade paschali commoratus fuerat, ab utroque præsule in summo honore habitus, ejus statim fuit decreta inauguratio, mox eos docente experientia, quam insignis esset*

& doctri-

A. C. reynt þat, hver ſkörúngr hann var, bædi at lærdómi oc vitrleik oc atgervi, enn hann beid vígſlu í múnklífi því er heitir á *Herudsvadi*, oc var hann fyrr vígdr enn þeir höfdu þó ætlat er þeir ſkilduz, oc kom þat meſt til þeſſ, at *Knútr* Kóngr *Valdimars*ſon lagdi þau ord* til, at hans ferd ſkyldi flýta, eptir því ſem honum bezt gegndi oc þeim mönnum er hann ſkylldi Biſcup yfir vera; oc fór þat enn eptir annari hans gæfu, at hinn göfgaſti madr virdi hann þar ſvo mikils (z) óſen, at hann gaf þat rád til ſem hann mundi ſiálfr kióſa. *Abſalon* Erkibiſcup vígdi *Pál* til Biſcups *Jóns* dag Biſcups, VIII nóttum fyri *Philippus* meſſu oc *Jacobus*, at rádi *Eiriks* Erkibiſcups, er ei hafdi þá ſiálfr ſýn til at vígia hann, vóru Biſcupar vid vígſlu *Páls* Biſcups, *Eirikr* Erkibiſcup oc *Petr* Biſcup af *Róiskeldu*. *Páll* Biſcup gaf gullhríng *Abſaloni* Erkibiſcupi oc annan *Eiriki* Erkibiſcupi oc öllum þeim ödrum

1195

nockrar

(z) óſen omitt. D. O.

& doctrinæ & prudentiæ, & ad gravissima negotia qvam promtus atqve habilis. A. C. 1195
In coenobio, qvod Heradsvadum *dicitur, dum inaugurationem præstolabatur, accidit, ut illa prius succederet, qvam Archiepiscopi digressi decreverant, ea præcipue de causa, qvod huic negotio interpres pro eo intercesserat* Knutus *Rex,* Waldemari *filius, svadens, ut iter ejus acceleraretur, prout ipsi maxime foret commodum, iisqve omnibus, qvorum episcopus esset futurus; qvæ res ei accidit, pro reliqva ejus felicitate, ut vir summæ dignitatis nondum visum tanti faceret, ut de itinere ejus accelerando consilium daret, qvod ipsi esset optatissimum.* Absalon *Archiepiscopus* Paulum *inauguravit episcopum, festo* Joannis *episcopi, octo noctibus ante* Philippi & Jacobi *festum, consilio & consensu* Erici *Archiepiscopi, qvi ipse eum non poterat inaugurare, oculorum lumine destitutus.* Pauli *episcopi inaugurationi præsentes aderant episcopi,* Ericus *Archiepiscopus, &* Petrus *episcopus* Roskildensis. Paulus *episcopus* Absaloni *Archiepiscopo aureum annulum & alium* Erico *Archiepiscopo donavit, nec*

 cæteros

A. C. 1195 nockrar gersimar er studdu embætti hans vígslu, oc (a) tignar. *Cælestinus* var þá Páfi (5) er *Páll* Biscup var vígdr. *Páll* Biscup var þá fertugr at alldri, er hann var til Biscups vígdr (6), fór hann sídan til *Noregs*, oc fann *Sverri* Kóng í *Vík* austr, oc fór med honum til *Biörgvynar*, oc var med honum (7) uns hann fór til *Islands* hit sama sumar, oc tignadi Kóngr hann því meir í öllum hlutum, sem hann hafdi lengr med honum verit, oc hann kunni hann giör, allir virdu hann mikils sem von var at, oc frændr hans vóru allir þeir er göfgastir voru í landinu.

V. Cap.

Páll Biscup fór þá út til *Islands* hit sama sumar, sem hann hafdi vígdr verit

(a) tign. A. B. C. D.

(5) Cœlestinus Tertius Papa sedit ab anno 1191 ad 1198, qvo anno die 8 Januar. decessit.

(6) Paulum anno 1195 consecratum fuisse; omnes *Annales*, *Sverrissaga* & *Sturlungasaga*, testantur.

cæteros omnes, qvi ejus inaugurationi & bonori opitulati fuerant, suis donis carere est passus. Cœlestino *Papa*, Paulus *inauguratus est episcopus, tunc annos qvadraginta natus. In* Norvegiam *dein redux*, Sverrerem *Regem in* Vikia *convenit, qvocum* Bergas *profectus, & ibi apud illum commoratus est, donec eadem æstate in* Islandiam *reverteretur. Omnimodo autem bonore eo magis eum coluit Rex, qvo diutius apud eum commoratus, & qvo ei notior factus est episcopus. Omnes etiam alii eum magni æstimarunt, prout æqvum erat, cum inter cognatos ille numeraret, qvotqvot babuit* Islandia *nobilissimos omnes.* A. C. 1195

Cap. V.

Eadem æstate, qva episcopus fuerat inauguratus, in Islandiam *redux,*

 in

(7) Paulus qvoqve Concilio Episcoporum, hoc anno Bergis celebrato, interfuisse videtur, in qvo crimen feloniæ Haralldo Comiti Orcadum à Rege Sverrere intentatum pertractabatur, & literæ ea de re ad Pontificem Romanum exarabantur.

A. C. verit til Biſcups, oc kom í *Eyafiörd*,
1195 oc veitti hann þá þegar dýrliga veizlu *Brandi* Biſcupi, oc ödrum vinum ſínum þeim (b) er þar var vid koſtr, vín at drecka oc öll önnur atfaung ſem meſt máttu verda; ſýndiz þat þá þegar í fyrſtu, ſem opt urdu ſídan raunir at, at hann undi þá ávallt bezt, er hann gladdi vini ſína ſem fleſta oc vandamenn í veizlum virduligum, med áſtúd oc ſkörúngſkap. Hann hafdi þá út med ſer tua glerglugga at færa Kyrkiunni í *Skálaholti*, feſtarmeyiu ſinni andligri, oc ſýndi hann þá þegar þat er ſidar kom enn meir fram, hvat honum bió í hug, hverſu miöc hann vildi þá kyrkiu prýda um þat fram ſem ádr var, er hann var til vígdr, þótt hún væri ádr gerviligri oc dýrligri enn hvert annara húſa er á *Islandi* vóru. Sú var hin fyrſta virdíng er *Páll* Biſcup gerdi til ſtóls ſins, oc ſinnar kyrkiu um þat fram ſem neinn Biſcup hafdi ádr gert, at hann ſaung enga meſſu ádr hann kom

(b) þeim er þar voro þá, oc var þá koſtr vín at. *Sv.*

in Eyafiördum *appulit, ubi lautum sta-* A. C.
tim instruxit convivium, Brando *episco-* 1195
po aliisqve amicis, qvi fuere præsentes, in qvo convivio vino fuit propinatum, aliusqve, qva fieri potuit, maximus erat apparatus. Hoc initio id mox apparuit, qvod sæpe deinceps docuit experientia, eum in sinu maxime fuisse visum, qvando sinceræ cum amicitiæ tum magnificentiæ cultor, amicos suos & necessarios qvamplurimos opiparis conviviis posset exhilarare. Ab exteris tunc advexit duas vitreas fenestras, templo Scalholtensi, *sponsæ suæ spirituali, offerendas, ea re statim monstrans, qvod postea clarius apparuit, id ei statutum cum animo esse, templum hocce, cui erat inauguratus, novo splendore & pluribus, qvam antea habuerat, ornamentis augere, licet cæteris omnibus* Islandiæ *ædibus instructius longe & augustius esset. Primus, qvo* Paulus *episcopus sedem templumqve suum auxit, plusqvam ullus alius ante eum episcopus, honor, hic erat, qvod nullam cecinit missam, ante suum ad se-*

 dem

A. C. kom til ſtóls í *Skálaholt*. Enn í öll-
1195 um löndum er ſú virdíng á, at ecki ſe minna vert at hlýda preſts meſſu hinni fyrſtu nývígds, helldr enn Biſcups meſſu einhverri, enn þetta mátti því meira, ſem þá var bædi ſenn at hlýda preſts meſſu oc Biſcups hinni fyrſtu, oc dreif þá ſídan fiölldi manna í *Skálaholt* til þeirra fagnadar (c) erinda, at hlýda meſſo *Páls* Biſcups. Þar vôru þá margir göfgir menn vid ſtaddir, *Jón Lopts*ſon fadir hans, *Sæmundr* oc *Ormr* brædur hans, oc *Gitzur Halls*ſon, oc var þar þá mikit fiölmenni. Biſcup mælti þá lángt mál oc fagurt, oc þá het hann þegar því ſem fleſtir urdu fegnaſtir, at hann mundi öll bod þau bióda, ſem *Þorlákr* Biſcup hafdi bodit. Þat mátti oc þá þegar brátt ſiá, er hann tôk yfirför um ſýſlu ſína, hverſu blídr oc þeckr hann var vid alla ſína undirmenn, oc hverſu ôvandt hann let giöra vid ſic, öllum er hönum ſkyldu beina vinna, edr adra hluti þá er ſkyldt var hann at

(c) tídenda, A. B. C. D. *Sv.*

dem Scalholtensem *adventum; in omni-* A. C.
bus enim terris ita fere judicatur, quod 1195
minoris momenti non sit, primæ sacerdotis, nuper inaugurati, missæ interesse, quam missæ episcopi, quæ res hic fuit eo insignior, quod prima & sacerdotis & episcopi missa audiretur. Hinc magna hominum multitudo ad Scalholtum *confluxit, ut* Pauli *episcopi primam missam auscultantes novo hoc gaudio animum pascerent. Multi igitur nobiles viri ibi præsentes fuere,* Joannes Lopti *filius, pater episcopi,* Sæmundus *&* Ormus *fratres ejus, &* Giffur Halli *filius, una cum alia hominum multitudine. Tunc episcopus longum & concinnum orsus sermonem, id mox pollicitus est, quo plurimorum maxime lætabatur animus, omnia se ea mandaturum, quæ* Thorlacus *episcopus olim mandaverat. Docuit mox etiam experientia, cum suam obire cœpit provinciam, erga omnes subditos quam blandus esset & amabilis, & quam parabili apparatu excipi vellet ab omnibus, quorum erat, vel hospitio eum aut conviviis excipere, vel aliis honoris officiis colere;*

 quæ

A. C. at tigna, vard hann vid þat ſvo áſtſæll vid alþýdu, at allir unnu honum hugáſtum, náliga um allt land, bædi í ſinni ſýſlu, oc ſvo annari ſýſlu ei at ſidr. Þat var oc audſýnt hve mikill ſemadr hann mundi vera fyri ſakir umſiár oc ſkörúngſkapar allt
1196 af í ſifellu. *Páll* Biſcup hafdi einn vetr ſetit í *Skálaholti* ádr *Herdís* kona hans kom þángat til umſýſlu fyrir innan ſtock, oc var honum ſvo mikil ſtod oc ſtyrkr at, bædi ſtadinum oc honum ſiálfum, ſem eingi vard önnur ſlík af mönnum medan hann var at ſtóli. Svo var ſkörúngſkapr hennar mikill oc umſýſla, at hún hafdi fá vetr þar verit ádr þar var hvervetna ærit (d) nóg þat er hafa þurfti, oc einſkis þurfti (e) adra at bidia, þótt C manna væru á búi, enn LXX edur LXXX heima manna.

VI.

(d) ærit miöc, A. D. ærit. O.
(e) þurfti þá í bú at bidia. *Sv.*

qvæ res favorem populi universi adeo ei A. C.
conciliavit, ut omnes, per totam propemodum insulam, ei optime cuperent, tam istius, cui ipse præerat, qvam alterius dioeceseos incolæ. Facile etiam apparuit, qvam esset in parandis opibus felix, rem juvante provida, qva usus est, cura, & strenua in rebus omnibus administrandis opera. Unam biemem in Skal-
holto *sederat* Paulus *episcopus, cum uxor* 1196
ejus Herdisa *illuc veniret, rem familiarem intra domum administratura, id qvod & ipsi & sedi tanto erat adminiculo atqve auxilio, qvantum, qvoad sedi præfuit, alius nullus ei præstare potuit. Huic rei adhibuit illa insignem adeo operam, eam curam & diligentiam, ut paucæ effluerent biemes, anteqvam omnium rerum, qvibus opus esset, ibi exstaret abundantia tanta, ut nulla in re opem aliorum flagitare necesse esset, licet centum qvandoqve homines ibi hospites alerentur, præter septuaginta aut octoginta homines domesticos.*

A. C. 1196

VI. Cap.

Páll Biscup sá þat brátt, er hann kom til stóls í *Skálaholti*, at honum þótti þat skylt, at stydia oc styrkia oc til loka færa, er hinn heilagi *Þorlákr* Biscup hafdi sinn vilia um sýndann, oc hann let kaupa til. Enn þat var at búa um kluckur þær er hann hafdi keypt til stadarins í *Skálaholti*, er þá vóru beztar á öllu *Islandi*, oc hann hafdi oc IIII tre út haft med kluckunum, tvítug at hæd, álnum at mæla. *Páll* Biscup feck til sídan þann mann, er hagastr var á öllu *Islandi*, á tre, er *Amundi* het *Arna*son, oc let giöra stöpul, svo miöc vandadann at efnum oc smídi, at hann bar ei minnr af öllum tresmídum á *Islandi*, enn ádr kyrkian siálf. Hann let oc giöra kyrkiu uppi í stöplinum, oc rid upp at gánga, oc vígdi hann þá kyrkiu hinum heilaga *Þorláki* Biscupi, hinn X í jólum, oc bió þá kyrkiu at öllu (f) fagrliga oc feck þar hver-vetna

(f) virduliga.

Cap. VI.

A. C. 1196

Ad cathedram Skalholtensem *postqvam accesserat* Paulus *episcopus*, *mox justum esse judicavit, ut confirmaret, promoveret, & ad finem perduceret omnia, qvæ sibi cordi esse* Sanctus Thorlacus *episcopus ostenderat, qvæqve coëmi fecerat, videlicet ut locum pararet campanis illis, qvas* (Thorlacus) *in cathedræ* Skalholtensis *usus emerat, tunc temporis omnium in tota* Islandia *optimas. Una cum his campanis qvatuor etiam tigna advexerat, altitudine viginti ulnarum, si ulnis essent mensuranda. Hinc per fabrum lignarium, qvi in tota* Islandia *eam artem omnium optime calluit, nomine* Amundium Arnæ *filium, exstrui curavit turrim ligneam, & materia & arte adeo affabre factam, ut aliis in* Islandia *ligneis ædificiis illa non minus præstaret, qvam ipsum inter ea excelluit templum. In turri etiam superiore strui curavit sacram ædiculam, qviqve ad eam ducebant, gradus. Hanc ædiculam* Thorlaco Sancto *episcopo, decimo natalitiorum Christi die, consecravit, per omnia elegantissimè exornatam,*

A. C. vetna til þat er hafa þurfti; hann let *Atla* prest skrifara penta innan allt (g) ræfr í stöplinum, oc svo biórinn, oc tialda allan hit nedra þrennum tiölldum vel oc fagrliga, oc svo let hann skrifa yfir ser hvers leidi þeirra nidrsetníng (h), er þar hvíla í stöplinum, hann lagdi ej minna fe til stöpulsmídar, at því er hönum hugdiz siálfum at, enn fiögr hundrut hundrada edr þadan af meira. Hann keypti kluckur þær í stöpulinn er hinar mestu gersimar vóru jafnmiklar, at þeim manni *Norrænum* er *Kolr* het. Hann keypti enn fleiri klockur til stöpulsins, oc svo samhríngiur tvær uppi í kyrkiunni, oc prýddi hann í hvívetna því er hugum mátti hyggia, bædi kyrkiu oc svo stöpul, í búníngi öllum (i) í kyrkiunni, oc krossum, í skriptum, líkneskium, oc lömpum oc glerglugg-um, oc í Biscups skrúdi allskyns. Hann let oc höggva steinþró (k) ágæta

(g) ráfr, O.

(h) hvers þeirra, *hic omnes repetunt.*

(i) öllum í bríkum oc krossum. *Sv.*

(k) ágæta oc hagliga. C.

A. C.
natam, & à rebus omnibus necessariis optime paratam. Per Atlium *sacerdotem, qui pictor fuit, laquearia totius turris interioris, una cum frontispicio super limen pingi curavit, reliquam vero turrim inferiorem triplici aulæo bene & nitidè ornari. In turri quoque, supra cujusque ibi quiescentis monumentum, ejus sepulturam fecit notari. Non minus quam quadringenties centum (bis mille ferè imperiales) prout ipsi visum est, vel summam etiam majorem, turris hujus structuræ impendit.* A Norvego *quodam, cui nomen erat* Kolus, *in turris usum campanas emit, pro ea, qua erant magnitudine, res maximè pretiosas. Plures quoque turri campanas emit, è quibus duæ erant consonæ, superius in sacra æde pendentes: templum enim, æque ac turrim, omnimodis, quæ excogitari poterant, decoravit ornamentis; utpote omnibus, quæ templorum sunt, utensilibus, crucibus, inscriptionibus, imaginibus, lampadibus, vitreis fenestris, cultuque vestium omnis generis, quæ episcopum ornant. Summo præterea artificio excidi*
fecit

A. C. ágæta hagliga, þá er hann var ſlagdr eptir andlát ſitt, oc hann let búa gröft virduliga í ſtöplinum; þeirra manna er hönum þótti meſtr (l) vandi á.

VII. Cap.

1197 A hinu þridia ári (8) biſcupsdóms *Páls* Biſcups, andadiz *Jón Lopts*ſon fádir hans, allraheilagra dag, ſá madr er þá var göfgaſtr höfdíngi á öllu *Islandi.* Hann virdi ſer þat mikit nidrfall vera, er þá var þeſſ manns vid miſt, er meſt mátti hans virdíng heſia oc ſtyrkia, oc var ſkylldaſtr til allra manna. Enn allsvaldandi Gud, er hans gipt oc gæfu let ávallt vaxa dag frá degi, enn alldrei mínka, gæddi hans virdíng ſvo, at eingi madr hafdi ádr á *Islandi* vordit af ſinum frændum jafngöfigr oc tíginn, ſem hann vard þá af ſinum náfrænda, *Þorláki* hinum *Helga* Bi-
ſcupi,

(l) meſtu um varda. O.

(8) Obitum Jonæ Lopti filii omnes Annales ad annum 1197

fecit loculum lapideum, in quo mortui A. C.
funus est conditum. Non minori cura eorum intra turrim sepulcra ornavit, qui ipsi videbantur maxima veneratione digni.

Cap. VII.

Cum tres annos episcopus fuerat Paulus, *omnium Sanctorum festo, mortuus est pater ejus,* Joannes Lopti *filius, vir inter omnes* Islandiæ *magnates nobilissimus. Illius mortem magno (episcopus) sibi damno duxit, jam desideraturo, qui dignitatem suam augere & confirmare posset, quique etiam præ aliis omnibus (id facere) deberet. Sed omnipotens Deus, lætam ejus sortem & fortunam indies crescere, nunquam decrescere passus, dignitatem ejus adeo promovit, ut in* Islandia *neminem ita nobilitarint cognati, ut illum nobilitavit proximus cognatus ejus* Thorlacus Sanctus *episcopus, cujus tunc gloria* 1197

1197 constanter notant. Vid. *Langebek:* Script. Rer. Dan. med. ævi Tom. 2. p. 517.

A. C. scupi, af því at þá birtiz dýrd hans
1197 oc heilagleikr, fyrst fyri nordan land, oc þar eptir um allt *Island*, oc öll lönd önnur þau er í nánd voru. Enn þó *Páll* Biscup yrdi þessum tídindum fegnari enn flestir menn adrir, þá fór hann svo (m) vandliga med því máli, at hann hafdi alla höfdíngia, oc hina vitrustu menn fyri ser mest um (n) þetta atkvædi oc medferd þessa máls, oc var þat ei traudt at ei legdiz sá ordrómr á af nockrum mönnum, at hann vildi þetta mál lítt á lopt færa af heilagleik hins sæla *Þorláks* Biscups. Enn honum kom þó þat til, at hann vildi svo launa Gudi dýrd þá er hann lét verda á hans dögum, er ádr hafdi alldrei slík ordit, at hann villdi þá alla medferd hafa er von var at Gudi mætti best þykia, þótti honum vanfært med vera sem var, at (o) mundángs mikit væri aftekit í fyrstu, oc ei mætti at sönnu at finna, enn eingi trúdi

(m) varúdliga. *Sv.*
(n) þeirra. *Sv.*
(o) munþáng B. C.

gloria & sanctitas clarescere coepit, primum in insulæ parte septentrionali, postea per totam Islandiam *terrasqve vicinas.* A. C. 1197 *Cujus rei nuntio qvamvis* Paulus *episcopus præ aliis omnibus in sinu gauderet, adeo tamen caute in hoc negotio versabatur, ut in hac re approbanda & dirigenda, magnates & prudentiores omnes sibi haberet præeuntes; qvare non multum abfuit, qvin rumor à qvibusdam surgeret, eum esse episcopum, qvi de beati* Thorlaci *episcopi sanctitate sparsam famam vix divulgare vellet. Fecit autem hoc, gratiam Deo relaturus, qvi tantam, illo episcopo, oriri fecit gloriam, qvanta nunqvam antea fuerat; qvare modum hujus rei servare voluit, qvem Deo putavit fore acceptissimum: visa est enim ei res difficillimi negotii, adeo ut mediocri cum assensu hæc fama esset excipienda, nec id posse justo jure vituperari. Etenim nemo citius,* I

 qvam

A. C. trúdi fyrr, ne (p) framkvæmdi, enn hann, dýrd oc heilagleik ins sæla *Þorláks* Biscups, þótt hann færi med varúdligar enn adrir. Enn þó var þat allra manna rád hinna vitrustu, med
1198 ordsendíngu *Brands* Biscups, at (q) helgr dómr *Þorláks* Biscups væri upptekinn (9) úr jördu it sama sumar, eptir því sem hann hafdi siálfr fyrisagt í (r) þeirri vitran *Þórvallds* prests á jólum hinum nærstum ádr. Eptir þíng, hit sama sumar er þetta var rádit, sendi *Páll* Biscup ord *Brandi* Biscupi, oc brædrum sínum *Sæmundi* oc *Ormi*, oc sonum *Gitzurar Hallssonar Þórvalldi* oc *Magnúsi*, *Þórleifi Þorláks*syni úr *Hytardal* módrfödr *Herdísar*, *Katli* oc syni hans *Þorláki Ketils*syni bródur *Herdísar*, *Gudmundi* Presti *Arasyni*, er sídar var Biscup á *Hólum*, oc

(p) framar. *Sv.*
(q) helgidómr. B. C.
(r) berri. *Sv.*

(9) Communi Annalium & Historicorum consensu translatio S. Thorlaci facta est anno 1198; sed anno

quam ipse, gloriam ac sanctitatem beati A. C.
Thorlaci *episcopi & credidit & ratam habuit, licet hac in re majorem quam alii cautelam adhiberet. Omnium tamen prudentiorum commune erat consilium, cui accessit* Brandi *episcopi per nuntios man-* 1198
datum, ut sanctæ reliquiæ Thorlaci *episcopi, eadem illa æstate, de sepulcro tollerentur, prout ipse,* Thorvaldo *sacerdoti, proxime præterlapso julensi festo, per somnium oblatus præceperat. Eadem æstate, qva dicta res fuit decreta,* Paulus *episcopus, post comitia, nuntium misit* Brando *episcopo,* Sæmundo *&* Ormo *suis fratribus,* Thorvaldo *&* Magno *filiis* Gissuris Halli *filii,* Thorleifo Thorlaci *filio de* Hytardalia, Herdisæ (*suæ uxoris*) *avo materno,* Ketilli, *& hujus filio* Thorlaco Herdisæ *fratri,* Gudmundo *sacerdoti* Arii *filio, postea episcopo* Holano, *mul-*

 tisqve

---

anno seqventi festi ejus celebratio legibus injuncta fuit. Qvæ translatio diversa est ab illa, qvam anno 1229 factam fuisse *Annales Flateyenses* & *Holenses Antiqviores* asserunt. Ita ut aliud festum, sed in ejusdem Divi honorem, anno 1237 indictum fuerit, testibus *Annalibus Flateyensibus, Skalholtinis*, & *Holanis* utrisqve.

A. C. oc mörgum ödrum áſtvinum ſinum.
1198 *Páll* Biſcup giördi dýrliga veizlu þeim mönnum er þar komu, oc var þar þá ſídan tekinn upp úr jördu heilagr dómr hins ſæla *Þorláks* Biſcups, oc búit þá um virduliga, ſem ſómdi, eptir forſiá oc fyriſögn *Páls* Biſcups, oc fylgdu jarteiknir þá þegar ſtórar ſem ſagt verdr í ſögu hans, oc var þat dýrd hans, enn gæfa *Páls* Biſcups.

VIII. Cap.

1199 Hit næſta ſumar eptir var leiddr í lög meſſudagr *Þorláks* Biſcups um allt land, oc ſett faſta fyrir, tveggia dægra. Eptir þat ſóktu menn þángat of allt land, at dýrka hinn ſæla *Þorlák* Biſcup í vökum, föſtum, í bænahálldi oc fegiöfum, oc ſvo ſóktu oc þeir menn þángat er í förum vóru á hverium miſſerum fiölmennir, bædi útlendſkir menn oc Islendſkir, oc færdu heit ſín þau er þeir höfdu heitit, oc ſeldu í hönd *Páli* Biſcupi, oc ſögdu

hönum

tisque aliis interioris admissionis ami- A. C.
cis, (*ut ad* Skalholtum *venirent*). *Ve-* 1198
nientes Paulus *episcopus lauto excepit convivio, quo finito, beati* Thorlaci *episcopi sanctæ reliquiæ de terra sublatæ, & prout decuit, ex consilio & præscripto* Pauli *episcopi, honorifico apparatu suo loco positæ sunt; quam rem magna mox secuta sunt miracula, ut in ejus* (Thorlaci) Vita *prolixius narratur; id quod ipsius gloriam,* Pauli *vero episcopi felicitatem adauxit.*

Cap. VIII.

Æstate proxima, festum Thorlaci 1199
episcopi per totam insulam lege sancitum est, & ut prævium haberetur bidui jejunium, statutum. Postea eo profecti sunt insulæ totius incolæ, ut beatum Thorlacum *episcopum vigiliis, jejuniis, precibus, & donationibus colerent; illuc etiam frequentes confluxere, qui quotannis ad mercatus proficiscebantur, tam peregrini, quam* Islandi, *qui quæ voverant donaria,* Paulo *episcopo allata tradiderunt, rem*

 modum-

A. C. honum ſerhveria atburdi ſinna (s) á-heita, oc jarteikna þeirra er þeir þágu á móti, oc vóru honum þat ávallt feginſögur, þeir báru allir á burt ſánnar raunir heilagleiks oc dýrdar hins ſæla *Þorláks* Biſcups, enn rauſn oc ſtórmenſku *Páls* Biſcups. Enn þótt ádr væri mikil virdíng *Páls* Biſcups, ſem verdugt var, ádr uppkæmi helgi *Þorláks* Biſcups, þá gæddi þat í miöc metord hans, er hann átti ſanngöfugaſtann módrbródr, oc væntu margir at hit fornkvedna mundi ſannaz, at *módrbrædrum verdi menn líkaſtir*, oc þótti þar líkindi mörg á giöraz, at þar mundi oc ſvo vera, af því hann giördi marga hluti eptir því ſem hinn ſæli *Þorlákr* Biſcup hafdi giört. Hann var rádvandr oc rækinn at tídagiörd, hann var meinlætaſamr í föſtum oc klædabúníngi, hann hafdi oc ákenníng allra hluta þeirra, er hann mátti var vid verda at hinn ſæli *Þorlákr* Biſcup hafdi í ſínum háttum, lítilæti oc ölmuſu (t) gædi,

(s) hátta. *Sv.*
(t) ölmuſugiördum. *Sv.*

modumqve susceptorum votorum referentes, & qvæ, votis nuncupatis, oblata eis erant miracula, qvæ illi narrationes nunqvam non jucundæ fuere; isti vero omnes, tam beati Thorlaci *episcopi gloriam & sanctitatem, qvam liberalitatem & magnificentiam* Pauli *episcopi vere experti discesserunt. Cæterum qvamvis magna, ut par erat, fuisset* Pauli *episcopi dignitas, ante* Thorlaci *episcopi exortam sanctitatem, ejus tamen honores plurimum adauxit avunculus iste, qvi ei erat, longe nobilissimus, speraruntqve multi hic completum iri vetus proverbium:* fieri avunculis suis plerosqve virorum simillimos; *cujus rei, heic etiam futuræ, multa tunc exstare videbantur indicia, cum plurima faceret, eodem modo qvo fecerat beatus* Thorlacus *episcopus: fuit enim vitæ rectè instituendæ studiosus, horarum canonicarum rigidus observator, jejuniorum & vestitus incommoda sponte ferens; qvin etiam præ oculis habuit specimen earum omnium rerum, qvas beato* Thorlaco *episcopo in moribus fuisse scire ei dabatur, mansvetudinis nempe, in stipe ero-* A. C.

A. C. gædi, hardlífi oc þolinmædi, sem hvertveggi þeirra vard (u) í raun margri oc mikilli, í sínum biscupsdómi. Þá er *Páli* Biscupi þótti nockut safnaz oc samandragaz fiárlutr sá er menn gáfu af gódvilia hinum sæla *Þorláki* Biscupi, þá sýndi hann brátt hvat honum bió í skapi, hann keypti þá sídan vid Gullsmid þann er *Þorsteinn* (10) het, oc þá var hagastr madr at málan (x) á öllu *Islandi*, enn svo urdu tilfaung af hende hans, at eckert skorti þat er hafa þurfti til þeirrar smídar, er hann vildi smída láta, hann let taka til skríngerdar oc lagdi þar til ógrynni fiár í gulli oc gimsteinum oc í brendu sylfri. Hann lagdi þar til eigi minna fe til skrínis oc smídar kaups, med tillögum annara manna, enn CCCC hundrada. Þat smídi var miöc sva vandat, at þat bar ei minna af ödrum skrínum þeim er

(u) *forte addendum:* at þola.

(x) málmi, *Sv.*

(10) Thorsteinis scrinii fabri, filii Skeggii, circa annum

grandia liberalitatis, vitæ severius insti- tutæ & patientiæ, quam utramque do- cuere res, quas experti sunt episcopi, multæ atque gravissimæ. Videns Paulus *episcopus opes aliquantulum augeri & ac- crescere, quas sua sponte, benevoli multi beato* Thorlaco *episcopo obtulerunt, quæ- nam ei animo sederet sententia, brevi monstravit: pactus enim cum aurifabro, cui nomen erat* Thorsteino, *totam per* Islandiam *in sua arte dexterrimo, cui tantum suppeditavit rerum omnium ap- paratum, ut nihil deesset, quibus ad fa- bricam, quam eum jusserat, perficien- dam opus erat, scrinium ei conficien- dum mandavit, cui immensum auri, gem- marum & argenti defecati pondus impen- dit. Scrinia huic, & fabricantis mercedi, non minus pecuniæ quam quadringenties centum nummorum (supra mille nongentos imperiales) insumsit ipse, aliorum simul largitionibus adjutus. Fuit autem hoc opus tanta arte elaboratum, ut ceteris* A. C.

 in

num 1190 in *Sturlungasaga* libr. 3. cap. 16. simi- liter & Thorsteinis aurifabri de Bægisaa, ib. cap. 19. mentio fit, qvi cum nostro idem fuisse videtur.

A. C. er á *Islandi* vóru, um fegurd enn um vöxt, oc var þat betr enn III álna, enn ecki var annat betr enn álnar lángt, þeirra er þá vóru á *Islandi*. Eingi mun ſpyria þeſſ vitra manna, er ſkrínit ſer, hvert ſtórmenni ſá madr verit hefr er þá gerſimi hefr giöra látit, edr til hvers hann hefir fær verit, fyrir efna ſakir.

IX. Cap.

1202 A dögum *Páls* Biſcups kom utan af *Grænlandi Jón* Biſcup (11), oc var
1203 í *Auſtfiördum* um vetrinn, enn kom ſídan á ófanverdri lángaföſtu í *Skálaholt*, á fund *Páls* Biſcups, oc kom þar at ſkírdegi, oc vígdu þeir bádir Biſcupar (y), oc höfdu þeir margar tölur trúligar oc ſpakligar rædur ſín á millum. Tók *Páll* Biſcup vid honum med

(y) mikinn kriſma, *addit Sv.*

(11) Johannes iſte anno 1187 in Epiſcopum Grönlandiæ conſecratus, hyemem 1188-9 & jam hac vice annum 1203 in Islandia transegit; obiit anno 1209 fide

in Islandia *scriniis ornatu non minus* A. C.
quam magnitudine præstaret, erat enim supra tres ulnas longum, cum cæterorum, quæ in Islandia *erant, nullum una ulna longius esset. Prudentiorum nemo, scrinium istud videns, interrogabit, quantus fuerit heros, quantisve rebus efficiendis par, qui absolutissimum hoc artificium confici curavit.*

Cap. IX.

Tempore Pauli *episcopi ex* Grænlan- 1202
dia *venit* Joannes *episcopus, qui eadem hieme in tractu sinuum orientalium com-* 1203
moratus, sed jejunio quadragesimali ad finem vergente, ad Skalholtum *profectus,* Paulum *episcopum ibi convenit, quod factum est die Viridium. Tunc ambo illi episcopi (chrisma) consecrarunt, multosque sermones, quales inter fidos amicos & cordatos conferri solent, inter se habuerunt.* Paulus *enim episcopus* (Joannem) *summo*

fide *Annalium Reg.* apud *Langebek:* loc. cit. Tom. 3. pag. 73. 76. *Skalholtinorum, Oddensium, & Holanorum* utrorumqve.

A. C. med hinni meſtu ſæmd, oc veitti hon-
1203 um virduliga veizlu medan hann var, enn leyſti hann á brott med mikilli ſtórmenſku, bædi í ſegiöfum oc annari virdíngu. *Jón* Biſcup gaf mönnum rád til hverſu vín ſkal göra af krækiberium, eptir því ſem *Sverrir* Kóngr hafdi honum fyriſagt. Enn ſvo bar til, at hit nærſta (z) ſumar eptir, gat nær hvergi ber á *Islandi*, enn ſá madr er *Eirikr* het, oc bió ſkamt fra *Skálaholti*, á bæ þeim er heitir á *Snorraſtödum*, bar ſaman (a) nockut vín, oc vard vel á því hinu ſama ſumri. Enn *Jón* Biſcup fór til *Noregs*, oc ſídan til *Róms*, oc ræddi hvervetna þar ſem hann kom frá rauſn oc tign *Páls* Biſcups. A dögum *Páls* Biſcups þá er *Gitzr Hallsſon* hafdi lögſögn, þá geck meſt af ſer ránglæti manna um álnir, bædi útlenſkra manna oc Islenſkra, at eigi þótti ſvo lengr (b) vera mega; gaf þat

(z) ſama. *Sv.*
(a) mikit. B. C.
(b) lengi. *Sv.*

summo honore exceptum, & dum in Skal- A. C.
holto *commorabatur, lauto convivio adhi-* 1203
bitum, donis aliisqve honoribus auctum summa cum magnificentia dimisit. Rationem docuit Joannes *episcopus, qva ex empetri nigris baccis vinum posset parari, ad modum qvem* Sverrer *Rex ipsum docuerat; accidit autem æstate proxime seqventi, ut nusqvam fere in* Islandia *ejusmodi baccæ provenirent; aliqvantulum tamen vini paravit, vir nomine* Ericus, *haud procul à* Skalholto *villam*, Snorrastadum *dictam, habitans, qvod eadem æstate maturuit. Primum in* Norvegiam, *deinde* Romam *profectus* Joannes *episcopus, magnificentiam & liberalitatem* Pauli *episcopi, ubiqve locorum prædicavit.* Pauli *episcopi tempore*, Gissure Halli *filio munus Legiferi gerente, tam peregrinorum qvam* Islandorum, *adeo invaluit iniqvitas in rebus, qvæ ulnis essent mensurandæ, ut diutius ferri non posse videretur. Dedit*

tum

A. C. þat rád til *Páll* Biscup, at menn skylldu hafa stikur þær er væri tveggia álna lengd, oc möttu menn þat mikit, oc kváduz undir þat mál; styrktu þat þá margir adrir höfdíngiar med Biscupi, *Gitzür* oc synir hans *Þórvalldr* (c) oc *Magnús*, einnig brædur hans, *Sæmundr* er þá var göfgastr madr á öllu *Islandi*, oc *Ormr*, er bædi var lögspakr, oc at flestu forvitri, oc allir höfdíngiar, oc vóru þá lög á lögd, eptir því sem ávallt hefr halldiz sídan.

X. Cap.

1201 A hinu siöunda ári biscupsdóms *Páls* Biscups, andadiz *Absalon* Erkibiscup í *Danmörk* (12) Benedicts dag, oc á því hinu sama ári (13) andadiz *Brandr*

(c) Þórvalldr, Hallr oc Magnus. *Sv.*

(12) Decessit anno 1201, die 21 Martii, consensu omnium *Annalium*, *Recentioribus* exceptis, qvi annum seqventem mendose adscribunt.

(13) *Vita Gudmundi Boni* dicit Brandum Episcopum obiisse 8. Idus Augusti, feria secunda, in festo Sixti;

tum Paulus *episcopus consilium, ut ul-* A. C.
nis bicubitalibus uterentur, qva in re episcopo consulenti adfuere, idem svadentes, multi alii proceres, nempe Gissur *&* *filii ejus* Thorvaldus *&* Magnus, *nec non fratres episcopi*, Sæmundus *omnium* Islandorum *tum nobilissimus, &* Ormus, *qvi & legum peritus, & plerarumqve artium apprimè fuit gnarus, aliiqve omnes proceres; qvare tunc ea de re sancitæ sunt leges, qvæ postea semper ratæ fuerunt.*

Cap. X.

Septimo anno, à qvo munere epi- 1201
scopi fungi coepit Paulus, *Benedicti festo in* Dania *mortuus est* Absalon *Archiepiscopus, nec non anno eodem, festo Sixti,* Brandus

Sixti; *Vita* autem *Rafnis Sveinbiörnidæ* id qvatuor noctibus ante festum Laurentii Martyris accidisse statuit, qvod in eundem diem sextum Augusti recidit, & qvidem anni 1201, qvem *Sturlungasaga* libr. 4. cap. 7. & omnes uno ore *Annales* Brando emortualem fuisse testantur, excepto uno *Annalium Fragmento*, qvod annum 1202 habet.

A. C. *Brandr* Biſcup, Sixtusdag, þá er hann hafdi Biſcup verit VIII vetur hins fiórda tugar, hinn meſti ſkörúngr.
1202 Eptir andlát *Brands* Biſcups, kiöru Nordlendíngar til Biſcups, *Gudmund* Preſt *Ara*ſon, oc feck *Páll* Biſcup honum bref ſín á fund *Einars* Erki-
1203 biſcups, oc var *Gudmundr* vígdr (14) til Biſcups í *Prándheimi* X. nóttum fyri (d) *Jóns* meſſu Biſcups, oc var þá *Hákon* Kóngr í *Noregi*, ſon *Swerris* Kóngs. *Gudmundr* Biſcup fór til *Islands* hit ſama ſumar, oc kom í *Auſtfiördu*, oc funduz þeir *Páll* Biſcup, oc gerdu mikla ſæmd ſín í millum í veizlu oc fegiöfum; ſídan fór *Gud-*
1204 *mundr* Biſcup til *Hóla*, oc ſát þar at ſtóli med óhægindum hinum meſtum fyri margs ſakir. (e) Audrædi urdu brátt ei mikil, enn áſveinſlur þóttu varla med mikillj ſtillíngu, enn þeir ſem fyrir urdu, virdu hann helldr ſtirdann oc ſtrídann í ſínum bodordum. Enn

(d) fyrir Joannis meſſu Baptiſte. *Sv.*
(e) andrædi *pro* audrædi, *hic & alibi. Sv.*

Brandus *episcopus, vir gravissimus, post-* A. C.
quam triginta octo annos episcopi munus gesserat. Post Brandi *episcopi mortem* 1202
Islandi *septentrionales* Gudmundum *sacerdotem,* Arii *filium, in episcopum elegere, quem* Paulus *episcopus literis ad* Einarem *Archiepiscopum munivit.* Nidrosiæ *decem noctes ante* Joannis *episcopi festum*
Gudmundus *inauguratus est episcopus,* 1203
Hacone Sverreris *filio* Norvegiæ *imperante.* Gudmundus *episcopus, eadem æstate in* Islandiam *redux, in sinus orientales appulit, ubi congressi, ille* Paulusque *episcopus, mutuis se invicem honoribus, conviviis & donis, coluerunt.* Gudmundus *deinde episcopus ad* Holas *profectus, sedi isti præfuit, non sine summis difficultatibus, quibus multas ob causas conflictabatur: accepta enim & opes ut brevi attenuabantur, ita expensæ videbantur parum moderate fieri; quin etiam illi, quibuscum episcopo res erat, eum in suis mandatis nimis asperum & rigidum judica-*

(14) Gudmundum Episcopum anno 1202 consecratum fuisse, ejus *Vita*, quæ duplex exstat, & *Annales* testantur.

A. C. enn því vinsæll varð *Páll* Biscup, oc ástsælli við alþýðu landsmanna, sem menn sá hvervetna hans forsiá, enn hægindi hans viðrvistar oc boðorða við alla þá er til hans áttu at hníga, oc æsktu ser [illegible]s yfirboða allir landsmenn ef kosti ættu.

XI. Cap.

Páll Biscup let telia í þeim þrimr fiórdungum lands er hann var Biscup yfir, kyrkiur þær allar er hann þurfti Presta til at fá; oc hann let Presta telia, hve marga þyrfti í hans sýslu, oc voru þá kyrkiur XX, oc CC tíræð. Enn Presta þyrfti þá X midr, enn CCC (f) tíræð, enn því let hann telia, at hann villdi leyfa utanferd Prestum ef ærnir væru eptir í hans sýslu, enn hann villdi oc fyrisiá, ef svo felli, at ei væri prestafátt í hans sýslu meðan hann væri Biscup.

XII.

(f) CC. *Sv.*

judicarant. Popularium autem Paulus *episcopus eo majorem amicitiam & gratiam sibi conciliavit, quo magis in rebus omnibus ejus emicuit provida cura, præsentisque & mandantis facilitas, erga omnes, quibus necesse erat ejus opem aut imperium implorare, quare ejus populares omnes talem sibi optassent antistitem, si optio illis data fuisset.*

Cap. XI.

In tribus insulæ quadrantibus, quibus episcopus præerat Paulus, *& templa, quibus sacerdotes ab eo erant constituendi, & sacerdotes, quibus in sua dioecesi opus esset, numeravit; quo facto, templa reperta sunt ducenta viginti, quando centum per decies decem computatur, sacerdotes vero ea requirere ducentos nonaginta. Propterea vero hunc numerum iniit, quod sacerdotibus (quibusdam) peregrinandi vellet veniam concedere, si per ejus dioecesin, quantus sat esset, restaret numerus, sed etiam providere, ne forte, dum ipse erat episcopus, inopia ibi esset sacerdotum.*

A. C.

XII. Cap.

1206 Á hinu tólfta ári biscupsdóms *Páls* Biscups, urdu þau tídindi er mikils vóru verd, þá andadiz (15) *Gitzur Hallsson*, tveim nóttum fyrir Olafs messu, um hann mælti *Sæmundr* bródir *Páls* Biscups þeim ordum, at hann væri hrókr alls fagnadar, hvargi er hann var staddr. Þá kom elldr upp í *Heklu* felli (16) hit þridia sinn, þrim nóttum fyri Ambrósiusdag of vetrinn eptir. *Páll* Biscup var svo mikill gæfumadr, at honum gengu náliga allir lutir at sólu, hinn fyrra lut æfi sinnar, oc þág hann svo þat, sem nú má nockut heyra í hiúkólfi þeirrar frásögu er ec hefi frásagt, el marga luti hiá því sem efni eru til, at þat þótti öllum mönnum állgódi (g). Enn allsvalldandi Gud gæddi hann því meir er ofar var, bædi at aud-rædum

(g) állgódr. Sb.

(15) In anno 1206 Gissuri emortuali omnes scriptores antiqvi consentiunt. Cæterum conf. supra p. 2.

(16) Ignis istius eruptionem anno eidem 1206 adscribunt

Cap. XII.

Duodecimo Pauli *episcopi anno*, *he* 1206
res magni momenti acciderunt. *Duabus ante Sancti Olavi festum noctibus* Gissur Halli *filius mortuus est*, *de quo illud* Semundi, Pauli *episcopi fratris*, *fuit effatum*, *eum festive conversandi ducem semper fuisse & auctorem*, *ubicunque versabatur*. *Sequente hieme*, *tres ante festum Ambrosii noctes*, *tertio igne arsit mons* Hecla. *Habuit* Paulus *episcopus fortunam adeo faventem*, *ut ineunte ætate omnia prope ei ex voto cederent*, *qua fortuna est usus*, *quemadmodum colligere licet ex narrationis hujus serie*, *qua non multa retuli*, *pro rei dicendæ materia*, *ut* (*quæ ei acciderunt secunda*) *præmia humanitatis omnibus viderentur*. *Quo magis autem crevit ætate*, *eo majoribus fortunis & honoribus eum auxit omnipotens Deus*. *Si quibus videor amoris causa*

N 3 de

---

bunt *Annales Regii* apud *Langebek*: loc. cit. Tom. 3. pag. 75. qvod perbene se habet; cum festum S. Ambrosii Episcopi diei 7. Decembris Calendaria Romana adscribant.

A. C. rædum oc mannvirdíngum. Enn ef þat ætla nockrir menn at fyrir áſtarſakir hafi ec meira aftekit um fráſögn, æfi oc (h) líf, *Páls* Biſcups, enn efni ſe tilſeld, þá (i) geta þeir ei rett, því þat ſtendr mer meira í hug, at ec hafi margt merkiligt eptir látit liggia í fráſögn hans æfi fyri fáfrædi ſökum, oc ógá, oc leti at rita, helldr enn þat, at ec hafi neitt logit í fráſögn. Þann gæfur hlut bar enn *Páli* Biſcupi til handa, þá er mönnum þrengdi óáran, oc biludu mönnum ſád oc ſæfaung, oc vel fleſtr vetrar vidbúnadr, oc (k) roſtadiz af því forlag fenadar fyrſt, oc ſídan manna, þá tók hann þat rád med áſiá *Þórvallds Gitzurar*ſonar, oc annara vitra manna í ſinni ſveit, at heita á Gud oc helga menn til árbótar, at ſyngia III *Pater Noſter* hvern dag til dýrdar Gudi, oc í minníng hins heilaga *Þorláks* Biſcups, gefa á hans dag um ſumarit, ſaudanyt at

(h) æfi oc lífs. *Sv.*
(i) *forte rectius* gera.
(k) raſkadiz. *Sv.*

de Pauli *episcopi laudibus*; *ætate & vita* A. C.
plura hic dixisse, quam quæ fert rei di-
cendæ materia; illi recte non faciunt:
magis enim vereor, ne me ignarum,
negligentem aut socordem, in vita ejus
describenda, multa fugerint notatu dig-
na, quam ne narrans falsum dixerim.
Paulo *episcopo id etiam contigit fortunæ*
beneficium, ut graviori annona populum
premente, cum agrorum æqve ac maris
proventus deficeret, una cum omni fere in
hiemem proviso apparatu, unde primum
pecudes, deinde homines victus destituit,
Thorvaldi Gissuri *filii, aliorumque, qui*
istud territorium habitabant, prudentia-
rum svasu, consilium cepit voti pro annonæ
restitutione Deo *Sanctisque nuncupandi,*
eo pacto, ut oratio dominica ter qvotidie
in gloriam Dei *recitaretur, & ut in* Thor-
laci *episcopi memoriam, die æstatis, qvi*
ei erat sacratus, lac, qvod de ovibus

 mane

A. C. at morgunmáli, vöndul heyſ af kýr-fódri hveriu, enn mörk af miölvætt hverri, oc kom alldrei ſídan hallærit medan hann lifdi. Enn af því Gud vill ei ávallt eptirlæti einu reyna ſína áſtvini, helldr vill hann ſína menn al-giörſa verda láta í freiſtninni oc mannraununum ef vel ſtandaz, ſem hafa raunir (l) á ordit. Nú er *Páll* Bi-ſcup ſkein í þeim blóma, at hans virdíng oc vegſemd geck ávallt í vöxt, enn *Herdís* afladi þeirra hluta allra í ſínum ſkörúngſkap oc forſiá er ſtadrinn hafa þurfti, oc öllum giön-íngí þeim er hafa þurfti, at hún var (m) allrar umſýſlu nákvæmaſt þeirra manna er þar var heima at ſted, oc at öllum ödrum búum þeirra er Biſcup átti. Börn þeirra er gerduz atgervimenn þegar á únga alldri. *Loptr* (17) í hagleik, oc lærdômi oc vitrleik, *Ketell* (18) í ſkilníngum oc [illegible] riti,

(l) af ordit, A. B. C.

(m) í allri vinſælu. *Sv.*

(17) Lopti fata multis perſeqvitur *Sturlungaſaga.* Is deceſſit, ex qvo vitæ religioſæ nomen dederat, an-no

nitame ejus diei mulgebatur, foeni manipulus, de vacca cujuslibet pabulo, & selibra denique de mensura qvalibet frumenti octuaginta librarum (pauperibus) darentur, qvo facto, nunqvam postea, qvamdiu ille erat superstes, gravior annona incidit. Cum vero Deus non rebus tantum secundis suorum amicorum fidem semper reddit probatam, sed tentationibus qvoqve & adversis rebus vult eos fieri perfectos, si probi permanserint atqve fideles: rem hanc docuit, hic etiam, experientia. Paulo *enim episcopo adeo florescente, ut dignitas ejus & bonor majora semper incrementa caperet, cum* Herdisa *res omnes, qvæ sedi erant necessariæ, dexteritate sua & prudentia non minus, qvam strenua, ubi opus erat, opera atqve arte acqvireret, foemina rerum familiarium studiosissima præ omnibus, qvi sive domi in sede episcopali, sive in aliis episcopi villis res administrabant; cumqve liberi eorum, à tenera usqve ætate, bonis imbuti erant artibus,* Loptus *excellens dexteritate fabricandi, doctrinaqve & prudentia,* Ketell *ingenii acumine & scribendi* A. C.

no 1261, testibus *Annalibus Resenianis, Flateyensibus, Skalholtinis, Oddensibus* & *Regiis* apud *Langebek*: loc. cit. Tom. 3. pag. 103.

(18) *Annales Regii* loc. cit. pag. 79. *Skalholtenses* & *Oddenses* & *Holani* utriqve, afferunt eundem anno 1215 obiisse, qvod tamen anno præcedenti *Annales Flateyenses* accidisse statuunt.

A. C. riti, *Halla* í verknadi oc bókfrædi, *Þóra* í hlýdni oc ástsemi. Enn af því Gud mælir svo í gudspialli, at *allt mál skal standa* (n) *í tveggia edr þriggia vitni*, þá ber ec fram med mer vitni *Amunda* smids, er bædi var merkr oc rettordr (19), hann kvad vísu þessa:

Lopt eflir Gud giftu,
Gengr fæst af því, hæstri.
Kiænn stydr krapti sinum
Ketils lán jöfr mána.
Ædstr liær æfi beztrar,
Alls drottinn þer *Halla!*
Dýr magni þrif *Þóru*,
Þengill Höfut-Engla.

slíku geck of þeirra hagi ávallt, medan þau áttu of heilt at sitia.

XIII. Cap.

1207 Enn þá er *Páll* Biscup hafdi setit at stóli XII vetur í *Skálaholti*, þá vard

(n) undir *pro* í. *Sv.*

(19) Amundius Arnæ filius, vulgo templi Architectus,

peritia, Halla *sedulitate & eruditione*, A. C. Thora *obedientia & omnium favore.* *Qvoniam in evangelio asserit ipse Deus, opus esse, ut omnis causa duorum vel trium testimonio rata fiat, testem citabo* Amundium *fabrum illum, & fide dignum & vera loqventem, qvi carminis hujus erat artifex:*

Loptum *Deus maxima suffulcit felicitate,*
Paucissima secus eveniunt.
Gnarus lunæ præses potentia sua Ketillis
Fortunam stabilit.
Supremus omnium Dominus Tibi, o! Halla!
Felicissimam indulget vitam.
Excellens Archangelorum Rex
Incrementa Thoræ *adaugeat.*

Talis eorum semper erat fortuna, dum salvis & integris rebus fruerentur.

Cap. XIII.

Postqvam autem Paulus *duodecim* 1207
hiemes sederat episcopus, accidit ut Herdisa

…ctus, obiit anno 1229, fide *Annalium Holanorum* antiqviorum & *Regiorum* apud *Langebek:* loc. cit. pag. 88. ubi pro *Aunnde* legendum est *Amunde.*

A. C. 1207 vard sá atburdr, at *Herdís* fór heiman um vorit (20) eptir Páska í *Skard* til bús þess er þau Biscup áttu, oc skyllde hún taka hiónum, oc um adra þá luti sýsla er þar purfti, henni fylgdu börn hennar II, *Ketill* oc *Halla*, enn heima var med Biscupi, *Loptr* oc *Póra*. Enn þá er *Herdís* var í *Skardi*, þá gerdi vatnavöxt mikinn, oc gerdi ána *Þiórsá* óreida, enn hún villdi heim koma at nefndum degi, af því magt var heima órádit er ætlat var at hennar skyllldi bída; let hún sídan sækia skip, oc færa til árinnar, oc fara þau sídan til skipsins, *Herdís*, *Ketill* oc *Halla*, oc *Jón* bródir *Herdísar*, oc *Biörn* het Prestr Capellán Biscups, sá er þeim (o) fylgdi; *Þórsteinn* het diákni úr *Skardi*, *Gudrún Þórodds* dóttir, oc systrdóttir *Herdísar*; Yfir ána fór fyrst *Ketill* oc *Biörn*, fararskiótar oc reidíngar þeirra, þá týndiz reidhestr *Herdísar*; Hit efsta sinn er yfir ána skylldi fara, var á skipi

Sigfús

(o) bygdi. A. D.

disa vere post pascha domo profecta Skar- A. C.
dium *peteret, suam & episcopi villam,* 1207
novos ibi exceptura domesticos, aliaque negotia, prout usus tulisset, ibi curatura, comitantibus illam liberorum duobus, Ketille *&* Halla, *sed domi apud episcopum manentibus,* Lopto *&* Thora. Herdisa *in* Skardio *commorante, alluvie aquarum flumina adeo crevere, ut amnis* Thiorsa *equo tranari non posset.* Herdisa *die statuto domum redire certa, cum multis rebus domesticis provisum non erat, quæ eam redeuntem expectabant, navem parari & ad amnem deduci curavit. Ad navem descendunt* Herdisa, Ketell *&* Halla, Joannes Herdisæ *frater,* Biörn *sacerdos, episcopi Capellanus, qui eos comitabatur, quidam nomine* Thorsteinn, *Diaconus* Skardensis, *& denique* Gudruna Thoroddi *filia,* Herdisæ *de sorore neptis. Amnem primi transgressi sunt,* Ketell *&* Biörn, *secum jumenta ducentes, cum eorum apparatu, quo trajectu periit equus* Herdisæ *vector. Ultimi amnem navi trans-*

(20) Herdisam anno 1207 periisse innuunt *Annales Regii* loc. cit. pag. 76. *Reseniani, Skalholtini & Holenses Antiqviores.*

A. C. *Sigfús* prestr *Grímsson*, *Þorsteinn* Diákn,
1207 *Herdís* oc *Halla* oc *Gudrún*, enn vedr var nockut bylióttr, enn er þau komu í straum þann er skamt var frá landi því er þau skylldu til fara, þá barst þeim á, oc kastadi skipinu undir þeim, enn þau fóru öll í kaf, oc komo öll upp sídan, oc var þat heyrt til beggia þeirra (p) mædgna, at þær súngu, oc fálu sic oc sálir sínar Gudi almáttkum á hendi; skildi þar þá feigann oc úfeigann; *Sigfús* (q) sveif at landi, enn *Herdís*, *Halla* oc *Gudrún* druckndu, oc *Þorsteinn* Diákn, enn *Sigfús* var þrekadr (r) miöc er hann kom at landi. Enn ecki var þeirra manna á landi er knáleikr var yfir. Enn almáttigr Gud endi öll sín fyrirheit, sá er því hefr heitit at hann mundi gefa huggun med hveriu harmi, oc hann mundi einskis framar freista, enn hver mundi bera mega þess í (s) hann bidr, oc sýndi Gud þat hver-

tvéggia

(p) mædga. *Sv.*
(q) Sigfúsi presti. *Sv.*
(r) þiakadr. *Sv.*
(s) þat hann býdr. *Sv.*

transvecti sunt, Sigfus Grimi *filius*, Thorsteinn *Diaconus*, Herdisa, Halla & Gudruna, *ventis nonnihil sæviente aëre. Rapidum vero in amnem haud procul à ripa, quam petebant, cum venerant, sinistro accidit fato, ut navis subversa vectores effuderit, qui omnes in profundum mersi postea tamen emerserunt, auditæque sunt mater & filia orantes ambæ, suasque animas gratiæ divinæ omnipotentis commendantes. Hoc pacto disjuncti sunt, fato mortis destinati, & non destinati:* Sigfusum *enim ad terram undis ejicientibus*, Herdisa, Halla, Gudruna & Thorsteinn *Diaconus submersi periere.* Sigfus *autem ad terram elapsus, toto erat corpore debilis multumque fatigatus, nec aderant alii in ripa viribus valentes. Hic autem Deus omnipotens suis omnibus stetit promissis, pollicitus, se unicuique dolori solatium esse adhibiturum, nec quenquam gravius tentaturum, quam ut impositum onus ferre posset; cujus rei utriusque documentum in casu hocce tristissimo dedit Deus, id dolori adhibens solatii,*

A. C. 1207

A. C. tveggia í þessum hörmuliga (t) atburdi,
1207 þá huggan brátt med harmi, at hinn sama dag funduz öll lík þeirra manna er þar höfdu fariz, oc var sú huggan þá mest þeim er eptir lifdu, enn þat var þó lítt med líkindum, nema Gud gæfi af sinni mildi oc miskunnsemi, af því svo var vatnavöxtr mikill, at fám nóttum sídar rak hestinn í *Vestmannaeyiar*, þann er þar hafdi fariz. Enn er þessi tídindi komu til eyrna *Páli* Biskupi á náttar þeli voveifliga, þá syndiz öllum at Gud hefdi mær ætlat hvat hann mundi bera mega, í hann mátti ecki matar neyta, oc ecki hafdi hann svefn ádr líkin vóru nidrsett, enn þó leitadi hann allt at gledia í því er hann mátti, enn þó má hver ætla hvílíka mannraun hann hafdi. Hafa mist med hörmúngu mannsins þess er hann unni mest, enn diá í sifellu hryggd á börnum sínum, oc öllum þeim, er hann átti fyrir at hyggia. Stilliliga fór hann med allri eptirgiörd eptir þær, bædi í fegiöfum vid

(t) hættuliga. *Sv.*

solatii, ut eodem die omnia illorum, qui hic perierant, funera invenirentur; id quod superstitibus summo erat solatio, sed præter omnium spem accidit, vix eventurum, nisi Deus illud misericordiæ suæ & clementiæ dedisset: tanta enim aquarum alluvie redundabat flumen, ut qui ibi periit, equus, paucas post noctes in littora insularum Vestmannensium *ejiceretur. Nuntio autem hujus casus ad aures* Pauli *episcopi, concubio noctis, præter exspectationem allato, visus est omnibus Deus ad mensuram virium ejus exegisse, quantum ferre posset; illi enim nec cibo vesci libuit, nec somno frui, priusquam funera sepulcro essent condita. Nihilo tamen minus omnes exhilarare conatus est, quocunque licuit modo, quamvis facile judicari possit, quanta fuerit calamitas, amissam acerbo casu dolentis, quam omnium maxime amore fuerat amplexus, suosque liberos gravissimo dolore semper videntis moestos, aliosque omnes, quorum illi incubuit cura. Justa defunctis (uxori & filiæ) omnibus in rebus moderato sumtu persolvit, nec hic usus pompa, nec in muneribus, tam sacerdotibus, quam inter pauperes, distribuendis, id animo perspiciens, quod res ipsa* A. C. 1207

 tulit,

A. C. vid kennimenn, oc svo vid fátæka
1207 menn, oc sá hann þat, sem var, at um allt þat er miklu vardar, er *betri sígandi ardr enn snúandi.* Artíd *Herdísar*, oc þeirra manna er líf sitt letu med henni, er XIII nóttum eptir Crúcis messu um vorit, oc var þat margra manna skyllda, lærdra oc ólærdra, at minnaz hennar svo rækiliga oc ástsamliga, sem hinna skylldustu náúnga, fyri sakir margra hennar dýrligra matráda (u). *Páll* Biscup veitti *Þorláki* bródr *Herdísar* (*) mikla huggun, bædi í ordum oc stórmannligum fegiöfum, þeim er hann gaf honum, oc virdi hann í öllum lutum ecki minnr, enn ádr hann missti hennar vid, oc huggadi þat allt ecki midr eptir fráfall hennar, enn sitt lid. *Þóra* dóttir hans tók til forráda fyrir innan stock eptir fráfall módr sinnar, med ástsamligri ásiá födr síns, oc var hún þá ei elldri enn XIIII vetra gömul, oc bar hún þat þó fram svo, at þeim virdiz

(u) niotrâda. *Sv.*

(*) Thorlacus Ketillis filius anno 1240 decessit, ut *Annales*

tulit, in nullo non magni momenti A. C.
negotio aratrum, *ut habet proverbium,* 1207
lente ductum magis proficere, qvam violenter protrusum (*lente veniens lucrum repentino præstare*). Herdisæ, *cæterorumqve, qvi cum illa vitæ fecerant jacturam, dies anniversarius tredecim post festum inventionis crucis celebratur noctibus, fuitqve multorum officii, clericorum æqvè ac laicorum, ejus memoriam, qva fuerat, in cibariis distribuendis eximia largitate, non minore pietate & amore colere, qvam proximi cujusqve cognati.* Thorlacum Herdisæ *fratrem variis* Paulus *episcopus consolatus est modis, tam verbis, qvam donorum largitione, nec ulla in re eum minus honoravit & coluit, qvam ante* Herdisæ *mortem, postqvam omnes, qvi ei erant consangvinitate juncti, æqve ac suos consolatus est. Post matris obitum filia ejus* Thora, *rei familiaris intra domum in se suscepit administrationem, sub patris benigno auspicio; qvæ qvanqvam majorem qvam qvatuordecim annorum ætatem non attigerat, hoc*

Annales, Resenjani, Skalholtini & *Holani* antiqviores testantur.

A. C. virdiz öllum beſt hennar hættum er kunnaſtir vóru. Biſcup drap ſvo brádt yfir harm ſinn, þann er hann hafdi bedit, at fleſtir menn þóttuz lítt á finna, enn þó megu allir þat at líkindum ráda, at meir olli því þolinmædi hans, oc þat, at hann villdi ſæma vid alþýdu í ſinu blídlæti, enn þat, at honum gengi úr hug ſá harmr, medan hann lifdi.

XIV. Cap.

Páll Biſcup let ſialdan, nema þá er hátídir vóru, kenna kenningar, hiá því ſem ádr var, oc (x) undi hann þá enn öllum meira um vera er ſialdan nædi (y), enn hann let náliga hvern helgan dag tvær meſſur ſýngia; fióra daga kendi hann ſiálfr kenníngar á hverium XII mánudum, jóladaginn fyrſta, oc midvikudaginn fyrſtann í föſtu, ſkírdag, oc kyrkiudag, enn því at eins fleiri daga, at honum þætti (z) nockur

(x) *forte*, hugdi.

(y) tiádi. *Sv.*

(z) ör. A. B. C.

tamen negotium ita gessit, ut illis omnibus optime probaretur, qvi ejus agendi rationem maxime perspectam habuerant. Suam episcopus tristitiam cito adeo repressit, ut plerique illam vix sentirent, id tamen judicent omnes, qvod veri maxime est simile, hujus rei causam potius fuisse patientiam ejus, & qvod populo hilarem se vellet præbere, qvam qvod ei, dum vixit, hic dolor mente & memoria exciderit. A. C.

Cap. XIV.

Raro, nisi festis majoribus, Paulus *episcopus doctrinas doceri (homilias recitari) voluit, si præteriti temporis consvetudinem respexeris, ratus, hoc pietatis exercitium omnibus fore eo carius, qvo rarius ejus copia dabatur; sed qvovis fere festo die bis sacra celebrari fecit. Intra spatium qvodlibet duodecim mensium, qvatuor diebus ipse docuit doctrinas (homilias habuit); primo natalitiorum Christi die, qvadragesimæ die primo Mercurii, die viridium, & festo encæniorum (templi* Skalholtensis) *qvin & aliis præterea*

 die-

A. C. nockur naudsyn tilbera, enn því get ec slíkra hluta vid, er ólíkt hafa gert þeir menn er (a) audvandastir eru, oc vel kunna, oc þat er mest gædi þeim er eptir lifa, at menn megi þeirra dæmi sem flest vita sem öllum er gott eptir at glíkia. A hverium giftingar stad hafdi hann formála (b) siálfr, eda feck annann mann til, þá er hann hafdi yfirför um sýslu sina. Nockut þiónudu honum ymsir menn: fyrst *Þórkell* Prestr *Halls*son, gódr kennimadr oc rádvandr, nockra vetur, unnz hann redz í kanúka setr. Eptir þat þiónadi honum *Leggr* Prestr (21), VII vetur, enn sidan Nordlendskr Prestr sá er *Biörn* het, lítill madr vexti, enn þó vitr oc vellærdr, oc fóstri *Brands* Biscups; hann fór utan sidan. Eptir þat þiónadi honum *Brandr* Prestr *Dalks* son (22), er ádr hafdi enn Biscupum

(a) rádvandastir. *Sv.* (b) formæli. *Sv.*

(21) De Leggo Presbytero, qvi & Prior interdum appellatur, vid. *Langebek* Script. Rer. Dan. Tom. 2. p. 526. Tom. 3. p. 93. Obiit anno 1238 fide *Annalium Regiorum*, *Flateyensium*, *Skalholtensium* & *Holensium* utrorumqve.

diebus, si qva id necessitas postulare videretur. *Hæc vero propterea commemoro, tum qvod aliter facere solent homines in rebus gerendis solertissimi, licet ita facere possent, tum qvod posteritati summo sit emolumento, ea exempla scire qvam plurima, qvæ imitari omnibus expedit. Suam provinciam (dioecesin) qvoties obibat, ubicunqve locorum hospitabatur, vel ipse (partes officii aggressurus) verbis præivit, vel alii hoc facere demandavit. Plures ei variiqve ministrarunt, primo* Thòrkell *sacerdos* Hàlli *filius, muneri docendi aptus & integræ vitæ, aliqvot per hiemes, donec se in canonicorum coenobium conferret. Post eum* Leggus *sacerdos septem hiemes ei famulatus est, post hunc autem sacerdos de insulæ parte septentrionali oriundus, nomine* Biörn, *homo statura qvidem brevi, sed vir prudentiæ haud vulgaris & doctrinæ, qvi* Brandi *episcopi olim fuerat alumnus, sed peregre demum profectus est. Deinde ei ministravit* Brandus *sacerdos* Dalki *filius, qvi etiam* A. C.

(22) Anno 1203 Gudmundo Episcopo consecrando in exteris comes adhæsit, sed anno 1205 obiit, ut testantur *Gudmundarsaga Góda*, *Annales Regii*, *Reseniani*, *Flateyenses*, *Skalholtini* & *Holenses* utriqve.

A. C. scupum þiónat, *Brandi* oc *Gudmundi* Biscupum. *Ketill* Prestr *Hámundarson* (c) var oc hans þiónustumadr ádr hann andadiz, oc hann vardveitti oc stadnum konur (d), oc kennimenn eptir fráfall *Páls* Biscups. Af því letu hinir fyrri Biscupar ser hinn sama ávallt þióna hver þeirra, at þeir syndu stadfesti oc jafnlyndi skaps sins í því sem mörgu ödru; enn því let *Páll* Biscup ser ymsa þióna, at honum þótti því betr er fleiri tignuduz oc göfguduz af honum, enn hvers sæmd var med gódri virdíngu medan honum þiónadi, hvat sem fyrilagdiz sídan.

XV. Cap.

1207 Í þann tíd *Herdís* andadiz, tóku til vandhæfis mála (e) *Nordlendínga*, *Gudmundar* Biscups, oc *Kolbeins Tumasonar*, enn svo sem vitad er, at alla landsmenn tók med miklum óhægind-um

(c) Hermundar, *Sv.*
(d) kór, *chóri. Sv.*
(e) vandrædamál, *Sv.*

Episcopis Brando *&* Gudmundo *fuerat famulatus; & denique* Ketell *sacerdos* Hamundi *filius, ad ejus usque mortem, qui post* Pauli *episcopi decessum, quae sedis erant cathedralis, mulierum & sacerdotum curam gessit. Ob eam autem rem priorum episcoporum singuli semper eundem sibi ministrare voluerunt, quo constantiam animi, & ingenium sibi semper simile hac in re, sicut in multis aliis, ostenderent. Sed* Paulus *episcopus sibi diversos ministrare fecit, quod eo utilior aliis sibi videbatur, quo plures honorem & decus per illum consequi possent, omnium enim famulantium, dum ei ministrarunt, certa erat & satis conspicua dignitas, quicquid illis postea evenisset.* A. C.

Cap. XV.

Quo tempore Herdisa *obiit, per insulae partem septentrionalem fervere caeperunt lites gravissimae & impeditissimae, quae inter* Gudmundum *episcopum & Kolbeinum* Tumii *filium sunt agitatae; quae res difficillima quamvis, ut notum est,* 1207

A. C. um þetta vandrædi, þá ſat þó *Páll* Bi-
1207 ſcup fyrſtr allra manna fyri þeim vanda, er ecki var ádr í *Nordlendínga* fiórdúngi. Enn hann var í ſvo vandann ſeſſ kominn um þat mál, því Erkibiſcup hafdi ſendt honum bréf ſin med inſiglum, at hann ſkylldi ſtyrkia oc ſtydia, eptir því ſem hann hefdi faung oc færi á, mál *Gudmundar* Biſcups. Enn *Kolbeins* mál ſtuddu margir áſtvinir *Páls* Biſcups oc frændur oc tengdamenn, þeir ed hann vildi í öllu áſtúd ſýna, enn mót þeim ecki giöra. Enn þeim rádum var ecki hægt ſaman at koma, er *Gudmundi* Biſcupi þótti ſer ei veitt vera nema *Páll* Biſcup ſtædi á öndverdann meid med honum, oc hann virdi hverki mennina né landslögin, enn forbodadi edr bannſetti hvern þeirra er nockud villdu móti hans vilia giöra; enn *Páll* Biſcup var í mörgu ſinni gódr í bidum, þótt ei væri allt eptir því gert ſem hann ſá at beſt ſómdi, oc giördi hann ſer oc Gudi þann veg marga at ávexti, at hann hyrti adra hógliga, enn þó nenntu ei adrir ávallt illa at hafa.

incolis omnibus maximo esset incommodo, A. C.
Paulus *tamen episcopus, præ aliis omnibus,* 1207
huic discrimini maxime erat expositus, quale in quadrante septentrionali nemo antea fuerat expertus. Hujus autem rei tricis ac incommodis ille ea de causa fuit implicitus, quod litteras, sigillis suis munitas, ei miserat Archiepiscopus, rogans, ut Gudmundi *episcopi causam pro facultatibus & occasione fulciret ac juvaret. Ast* Kolbeinis *à partibus stetere plurimi, qui* Paulo *episcopo arcta juncti erant amicitia, nec non cognati ejus & affines, quibus quovis modo suam benevolentiam, non vero se adversarium, voluit exhibere; quæ diversa adeo non facile poterant conciliari: nam* Gudmundus *episcopus idoneum sibi auxilium ferri non judicavit, nisi una cum illo* Paulus *episcopus pari se periculo objiceret, hominumque non minus, quam patriæ legum contemptor, vel sacris interdiceret vel diris devoveret, quicunque ejus voluntati ullo modo obsequi nollet: cum* Paulus *episcopus è contrario moras nectì patiebatur facilis, rei eventum expectans, licet omnia non fierent normæ convenienter, quæ optima ei videbatur; qua ratione sibi deoque multos est lucratus, quod alios leniter castigaret, qui causa semper cadere ægre tulerunt.*

A. C. hafa. Enn *Gudmundr* Biſcup vægdiz ecki vid þá menn meir er í *Páls* Biſcups ſýſlu vóru, at ei forbodadi hann þá, edr bannſetti, þegar er þeir dæmdu þá dóma er honum voru ei (f) í ſkap, þó lögdómar væru. Enn *Páll* Biſcup let ei þau ummæli bíta menn, enn þó lagdi hann á hönd þeim nockra litla ſkript, til varúdar þeim mönnum er fyri því urdu, edr ánetiuduz hans banni, af því at hann unni betr ſínum mönnum, at hafa tvo góð, helldr enn ſýna nockurum (g) ótta iſa, hvert þeim mætti þat nockut granda edr
1208 ecki. Enn er þeirra vandrædi gengu ſvo miöc af ſer, at þeir átta bardaga þann er *Kolbeinn* fell í (23), oc margir adrir neytir menn, bædi lærdir oc ólærdir, enn letu limar ſínar þeir er eptir vóro, enn eptir þat gördo þeir Biſcup atfarir at þeim er eptir lifdu, oc

(f) vid. B.

(g) ótta yſa. D. nockut, helldr enn at ſitia í nockrum ótta, hvert &c. *Sv.*

(23) De prælio Videneſenſi anno 1208, & invaſione optimatum in Cathedram Holenſem anno 1209, com-

tunt. Gudmundus *autem episcopus ho-* A. C.
minibus, qvi Pauli *episcopi erant dioece-*
seos, adeo non pepercit, ut eos vel sacris interdiceret, vel diris devoveret, qvoties sententias ferrent, qvæ non ad ejus mentem, licet cætera ad legum normam, latæ essent. Qvas imprecationes Paulus *episcopus hominibus (suæ dioeceseos) fieri noxias non qvidem passus est, sed tamen leviorem qvandam illis disciplinam præscripsit, quo sibi in posterum caverent, qvi istud malum incurrerant, aut* Gudmundi *diras fuerant experti, nam dioeceseos homines frui maluit duplici bono, qvam occasionem dare incerti metus, utrum hæc* (Gudmundi *interdicta) noxia essent,*
necne. Cum demum eo temeritatis proce- 1208
derent ortæ turbæ, ut pugna inter eos sit commissa, in qva occubuit Kolbeinn *aliique plurimi præstantes viri, tam clerici qvam laici, sed membris truncati sunt; qvi è prælio evaserant multi; cumque hoc facto, episcopus & qvi à partibus ejus stabant;*

commissis, vid. *Sturlungasaga, Gudmundarsaga Góda, Rafns Sveinbiarnarsonarsaga, Aronssaga Hiörleifssonar,* & *Annales* magno numero.

A. C. 1208 oc nánaſtir varo *Kolbeini*, oc ſtöcktu þeim í burt, enn eignudu ſer öll þeirra fe, enn kölludu þá í banni. Enn er *Páll* Biſcup vard þeſſara ótídinda vís oc var, þá bad hann vini ſína at þeir ſkylldu eigi giöra bráda atför at þeim, oc bar þat til þeſſ, at hann villdi vænta at *blódæſir oc blódnætur væri ſerhveriumi brádaſtar*, oc þat mundi ſannaz ſem mælt er, oc ætladi med meiri ſtillíngu oc rádi farit verda, ef lengi væri bidat. Enn hann vænti í ödru lagi, at *Gudmundr* Biſcup mundi misſmídi á ſiá, hve mikit at var ordit, oc bióda gód bod til ſættar oc ſæmdar þeim er eptir vóru. Enn er þat dróz undan, enn ſpurdiz í ödru lagi ágángr þeirra á hendur mönnum, oc rán, oc áverkar, oc allskyns óhættir náliga; Þá ſendi *Páll* Biſcup Capellan ſinn *Biörn* til fundar vid *Gudmund* Biſcup, at bidia, at hann leidretti oc lægdi vandrædi þeirra med yfirbótum, oc baudz til undirſtödu med honum náliga ſem þyrfti, ef hann drægiz (h) ei

(h) dregr, *Sv.*

stabant, superstites Kolbeinis *proximos ne-* A. C.
cessarios aggressi, eos sedibus ejicerent, 1208
bona eorum occuparent, & ipsos excommunicatos dicerent: horum malorum certior factus Paulus *episcopus, amicos suos rogavit, ne illos statim adorirentur, spem fovens, fore, ut* cædis aspectu & tempore qvemqve maxime ferri præcipitem, *verum fieret proverbium, credensqve majori cum moderatione & consilio hoc negotium gestum iri, si diutius protraheretur. Speravit etiam* Gudmundum *episcopum, illati damni magnitudinem & qvam perverse res esset gesta, cum cerneret, æqvas pacis & bonoris conditiones superstitibus esse oblaturum; qvod cum non procederet, sed è contrario freqventes venirent nuntii, violentos eorum (qvi à parte* Gudmundi *stabant) in cives impetus, rapinas, injurias, & omnia propemodum ab iis patrata flagitia narrantes,* Paulus *episcopus Capellanum suum* Biörnem *ad* Gudmundum *episcopum misit, rogatum, ut has turbas componeret & damna resarciret, promittens suum ei auxilium, ubicunqve fere opus esset, modo ipse non tergi-*

versa-

A. C. ei siálfr undan, sinn gódvilia, oc sin
1208 efni þau er hann hefdi faung á í audrædum edr í ödrum tillögum, var þat audsýnt á leit (i) hvertveggia, (k) letordi *Páls* Biscups nordrfarar höfdingia fyrst um haustit, medan harmr manna var nýastr oc sist dofnadr af sárleik (l) manna missirs (m) ofvegs. Enn sidan þess (n) var leitat vid *Gudmund* Biscup, at hann unni þeim, sem eptir lifdu sína frændr göfuga oc góda, audvelldri leidretti (o) sinna harms saka, enn nú virdi oc villdi firra háska *Gudmund* Biscup oc hans fylgdarmenn, medan koster væri. Enn *Gudmundr* Biscup. þeckriz þat ecki, oc virdi hann vera vinhallann undir höfdíngia í slíkri umleitan, enn þat sýndiz þá brátt, med hverri viðsku at var hvers þeirra forsiá, af því at á sama ári fóru höfdíngiar til *Hóla*, oc

(i) hueruteggia. *Sv.*
(k) leitordi. A. C. D.
(l) af sárleikum máta mikils afvegs. *Sv.*
(m) of vegs, A. D. *legendum:* oc vegs.
(n) þeirra umleitan. *Sv.*
(o) leidrettingu. *Sv.*

versaretur, nec benevolentiâ suâ & fa- A. C.
cultatibus, rei deesset, qvantum fieri posset, 1208
sive pecunia foret opus, sive aliis admi-niculis. Utriusqve hujus conatus ratio facile apparuit: magnatibus disſvasit Paulus *episcopus, boream versus copias ducere eodem autumno, cum recens animi erat ægritudo, nec ulla in re lenita, dolentium jacturam amicorum honorisqve;* Gudmundum *autem episcopum postea rogavit, vellet eis, qvi nobilibus & præstantibus erant cognatis superstites, benevolum se & facilem præbere, in dolore eorum expiando; qva utraqve in re,* Gudmundum *ejusqve comites, qvoad fieri poterat, periculo liberare voluit; qvod cum* Gudmundus *episcopus dedignatus est, ratus, qvod* Paulus *episcopus reconciliationem tentaret, id fieri ex ejus in proceres studio: apparuit mox prudentia, qva eorum uterqve hac in re fuerat usus; eodem enim anno proceres* Holas

A. C. 1209 oc ráku *Gudmund* Biſcup af ſtólnum, oc ruddu á braut fiölda illþýdis er þar var, ſekir menn oc ránsmenn oc reyfarar (p), enn drápu ſuma, oc vard þá at riúfaz ſú illínga ſeta, oc urdu þá oc þadan frá gód forlög manna. *Páll* Biſcup baud til ſín *Gudmundi* Biſcupi med gædſku oc gódvilia, þág hann þat eigi, oc gerdi at vidſiám at finna hann, því at hann villdi ei hlýda hans heilrádum.

XVI. Cap.

I þann tid fór *Loptr* ſon *Páls* Biſcups utan, oc ſókti heim tigna menn í ödrum löndum, *Biarna* (24), Biſcup í *Orkneyum*, enn eptir þat *Inga* Kóng í *Noregi*, oc *Hákon* Jarl bródr hans, oc þág af þeim virduligar giafir oc femiklar. Enn er Biſcup ſat

(p) ravfarar. *Sv.*

(24) Biarnius Epiſcopus Orcadenſium anno 1222, ex communi Annalium conſenſu, deceſſit. Ejus carmen

aggressi, Gudmundum *episcopum de sede* A. C.
deturbarunt, *turbæ male feriatæ*, *qvæ* 1209
illuc confluxerat, *hominum utpote sceleris damnatorum*, *prædonum* & *latronum*, *magnam simul multitudinem*, *abigentes partim*, *partim occidentes*, *qvo pacto cum iste hominum flagitiosorum consessus erat solutus*, *facta est melior populi conditio*. *Qva erat* Paulus *episcopus humanitate* & *benevolentia*, Gudmundum *episcopum ad se invitavit*, *qvi tamen oblatam respuit conditionem*, *ejus fugiens congressum*, *cujus salubribus consiliis parere noluit*.

Cap. XVI.

Illo tempore Loptus Pauli *episcopi filius*, *peregre profectus*, *aliarum terrarum viros nobilissimos visitavit*, Biarnium Orcadum *episcopum*, Ingium Norvegiæ *Regem*, & Haconem *Comitem ejus fratrem*, *à qvibus dona amplissima variasqve res pretiosas muneri accepit*. *Absentis*

men satis prolixum, de pugna pugilum Jomsvicensium adversus Haconem Norvegiæ Dynastam anno 994 commissa, adhuc extat.

A. C. ſat í þeirri áhyggiu um ſon ſinn, oc
1210 um frettir adrar hverſu þá gengi, þá gladdi Gud hann ſvo á einu ſumri, at *Loptr* kom þá út med gódri virdíngu oc ſemiklum giöfum, er hann hafdi þegit, oc kunni þat at ſegia, at hann hefdi födr ſíns meſt at notit, hvar ſem hann kom. A því ſumri komu út gerſimar þær, er *Þórir* Erkibiſcup af *Noregi* hafdi ſendar *Páli* Biſcupi, kóróna gullſaumut, ſú er eingi hafdi fyrr jafngód komit til *Islands*, fingrgull dýrligt, oc glófar virduligir.
1211 Enn annat ſumar eptir (q), þá komu enn út gerſimar ágætligar, er *Nicolás* Biſcup af *Oſlo* ſendi *Páli* Biſcupi, fingrgull mikit er vo II aura, oc ſteinn (r) í virduligr, oc hann ſendi honum balſám ſvo mikinn, at von var at þat virdi alldregi at undrædum ſídan. Enn ecki var annat jafntorgætt (s) er

(q) þá er Páll Biſcup hafdi XVI. vetur at ſtóli ſetit í Skálahollti, *addit. Sv.*

(r) í *omittit. Sv.*

(s) torgætt, *omnes, qvod mendoſum videtur.* torógætt, *Sv.*

sentis filii, rerumque aliarum, quas no- A. C.
scere avebat, cum Paulus *episcopus desi-* 1210
derio flagrabat, quadam eum æstate eo gaudio Deus perfudit, ut rediret Loptus, *multo honore & muneribus magni æstimandis mactus, id ex vero referens, quod quocunque veniret, patris sui meritis fruitus esset. Eadem æstate in* Islandiam *deportata sunt, quæ* Thorer Norvegiæ *Archiepiscopus* Paulo *episcopo miserat, cimelia varia, nempe corona, auro acupicta, cui pretio par nondum in* Islandiam *venerat, aureus annulus pretiosissimus, & præstantissimæ chirothecæ.*
Seqventi etiam æstate ad eum missæ vene- 1211
runt aliæ res pretiosissimæ, quas Nicolaus Ossloënsis *episcopus misit* Paulo *episcopo, annulus aureus magnus, uncialis, cui inserta erat gemma pretiosissima, & balsami pondus adeo ingens, ut spes esset, hujus rei nunquam postea fore inopiam; rerum autem, quarum necessarius erat usus, nulla tum erat æque inventu diffi-*


 cilis,

A. C. 1211 er at skylldu þurfti at hafa, hafdi þat oc ei kostat minna enn nockrar merkur brends sylfrs. Þess er oc skylldt at geta, at *Páll* Biscup sendi oc margar giafir utan vinum sínum, bædi vóru þat valir oc adrar gersimar. Hann sendi *Þóri* Erkibiscupi biscupsstaf af tönn giörsann svo hagliga, at eingi madr hafdi fyrr set jafnvel gersann á *Islandi*, er smídat hafdi *Margret* hin *Haga*, er þá var oddhögust allra manna á *Islandi*, þau vóru þá bædi hiú í *Skálaholti* er *Páll* Biscup andadiz, oc hafdi *Þórir* (t) prestr bóndi hennar þar þá öll fiárforrád, enn hún gerdi slíkt allt sem hann villdi. *Páll* Biscup hafdi látit tiltaka at gera tabolu fyrir altari, ádr hann skildi vid, oc ætladi þar til mikit fé bædi í gulli oc sylfri. *Margret* gróf oc tönn til ágæta vel, oc er þess vón at þat mundi hin mesta gersemi verda af fyrirhyggiu hans, enn þau *Þórsteinn* Skrínsmídr oc *Margret* semdi

(t) *Rectius*, Þórsteinn. *Sv.*

Tab. III.

Genealogiam ſiſtens *Herdiſæ*, qvæ uxor erat *Paulo* Epiſcopo Schalholtenſi. ex Landnama pag. 231. & 366. deſumta.



cilis, nec minoris constiterat hoc donum, A. C.
qvam aliqvot selibris argenti puri. 1211
Est nostri qvoqve officii commemorare, multa Paulum *episcopum amicis suis misisse munera, qvalia erant falcones & aliæ res magni pretii.* Thoreri *Archiepiscopo pedum misit ex dente (ceti unicornis) affabre adeo factum, ut ei artificio par nemo in* Islandia *vidisset. Erat id opus* Margaretæ (*cognomine*) artificiosæ, *qvæ omnes alios in* Islandia *cælandi arte superabat. Hæc, ejusqve conjux,* Paulo *episcopo mortem obeunte, in* Skalholto *domesticorum instar fuere; nam penes* Thorerem *sacerdotem*, Margaretæ *maritum, bonorum sedis episcopalis tota erat administratio; ad cujus illa nutum res ministrabat. Antequam decessit* Paulus *episcopus, tabulæ, qva ornare voluit templi altare, fabricandæ, eo curante, manus admoverant artifices, cui rei magnam auri & argenti vim destinaverat. Huic altari* Margareta *dentem affabre sculpsit; adeo ut sperandum esset, curante episcopo rem evasuram pretiosissimam, qvam* Thorsteinn Scrinii artifex, & Margareta;

A. C. semdi sídan af hagleik sínum; vard
1211 þat mikill svartasvipr at fráfalli hans, oc þá urdu slíkir hlutir fyrst stadar at nema í brád, fyrir annara fiölskylda sakir. *Þórsteinn* var rádinn til tabolu-smídar. Þat sumar hit sama er Biscup lifdi sídarst, kom út húsu (u) vidr úr *Noregi*, sá er *Páll* Biscup hafdi höggva látit, oc þá (x) gaf hann í hönd öll kaup þau til stadarins er at skyldu þurfti at hafa.

XVII. Cap.

Nú eru sagdir þeir hlutir er vel féllu í hag á því sumri. Þá skal ec geta þeirra hluta er miöc þóttu andstreymir; þá var landskiálfti mikill hinn nærsta dag fyri Seljumanna messu (25), oc létu margir menn líf sitt, oc fell ofan allhýsi á nöndu bæum, oc gerdu

(u) hrafn vidr. Sb.
(x) gaf í hönd. B. C.

(25) Festum Sanctorum in Selia incidit in diem 8 Julii.

qvæ erant dexteritate, adornassent, in A. C.
sua arte excellentes ambo. Verum epi- 1211
scopi decessu omnia lugubrem faciem induerunt, ut hujusmodi res primum necessario cessarent, aliorum negotiorum causâ. Thorsteini, tabula fabricanda erat commissa. Ea æstate, quam episcopus vixit ultimam, materies ædibus struendis de Norvegia est advecta, quam ipse cædi fecerat; qvo etiam tempore aliis demandavit res omnes comparandas, quibus sedes cathedralis opus habuit.

Cap. XVII.

Postqvam res diximus, qvæ ea æstate feliciter ceeidere, res commemorandæ sunt, qvæ adversæ admodum videbuntur. Pridie festi Sanctorum in Selia martyrum, magnus terræ motus extitit, qvo multi periere, plurium etiam villarum corruere ædes omnes, & damna illata sunt gravis-

 simis

lii. Ceterum hunc terræ motum anno 1211 accidisse referunt Annales Regii loc. cit. pag. 77. Reseniani, Flateyenses, Skalholtenses utriqve, Holmi utriqve, & Oddenses.

A. C. gerdu hina stærstu skada. Þá var oc
1211 þerraleysi hit mesta, oc urdu stórskadar af því. Þá var oc sagt út andlát *Klængs Þórvalds*sonar, (26) er hinn vænsti þótti til mikils höfdíngia ef lífi helldi. Þat sumar tók sótt oc óhægindi mikil *Páll* Biscup, þá er hann fór um Vestfirdínga fiórdúng, oc komst hann nauduliga til *Hytardals*. Lá hann þar í reckiu náliga fiórar vikur; Sídan fór hann heim med litlum mætti, oc kom í *Skálaholt* primr nóttum fyrir Simons messu, oc lagdiz þá þegar í reckiu. Hann saung messu, allra heilagra messudág, oc saung þá sidurstu messu Gudi almáttigum til dýrdar, oc öllum Helgum, enn ser til hiálpar oc miskunnar, oc öllum kristnum mönnum, lifendum, oc öndudum. Enn fyri Marteinsmessu tók at óhægiaz med verkium miklum sótt hans, oc fylgdi bædi svefnleysi oc matleysi, oc þótti hann þá einrænn vera. Þar vóru

(26) Klængi obitum ad annum 1210 narrant *Annales Fla.*

sima. *Pluvium semper ea æstate coelum* A. C.
plurimum dedit detrimenti. *Allata est* 1211
in Islandiam *fama mortis* Klængi Thorvaldi *filii*, *juvenis eximiæ spei*, *qvi virum pollicitus fuerat*, *longe omnium præstantissimum*, *si longior ei vita contigisset*. *Hac etiam æstate*, *morbo & gravissimis incommodis*, *laborare coepit* Paulus *episcopus*, *quadrantem visitans occidentalem*, *adeo ut ad* Hytardalum *pervenire vix posset*. *Hic qvatuor propemodum hebdomades lecto hærebat affixus*; *domum dein æger ac debilis profectus*, *tribus ante festum Simonis noctibus ad* Skalholtum *venit*; *ubi lecto mox decubuit*. *Omnium Sanctorum festo die missam cecinit*, *qvam missam*, *Dei omnipotentis Sanctorumqve omnium in honorem*, *suam vero & christianorum omnium*, *vivorum pariter ac mortuorum*, *in salutem & auxilium*, *ultimam cecinit*. *Ante Martini festum morbus ejus multis cum doloribus ingravescere coepit*, *morbum comitante & insomnio & cibi fastidio*, *qvo in rerum statu*, *suo sensu videbatur omnia velle metiri*

Flateyenses, *Skalholtini* Antiqviores & *Regii* loc. cit. pag 77.

A. C. vóru þá fynir hans oc brædur oc
1211 margir adrir vinir hans. Eptir þat
fendi *Páll* Bifcup eptir *Þórvalldi* oc
*Magnúfi Gitzurar*fonum, oc komu
þeir í *Skálaholt*, oc fkipadi hann þá
til allra hluta fyri þeim, eptir fínum
vilia. Enn hann var oléadr octabo
dag Martini. Enn ádr hann væri
fmurdr helgu vidfmiöri, mælti hann
miöc lángt mál, at dæmum hins Helga
Þorláks Bifcups; játti hann þá á hönd
fer, fyrir öllum lærdum mönnum,
þeirra er vid vóru, frekliga alla hluti,
er hann virdi fic hent hafa til var-
údar í fínum bifcupsdómi, oc bad
alla at hönum fkylldu fyrirgefa þat
er hann hafdi misgert vid, enn hann
fyrirgaf öllum blídliga, þat er vid
hann höfdu misgört, oc fal fic undir
Guds mifkunn. Enn eptir þat hann
var oléadr, var nockut ren (y) á
fótt hans, uns hann fór af fmúrníng-
ar klædum, oc tvær nætur fídan, enn
þá tók at fella óhægindi fóttar hans
af nýu; oc lifdi hann þá ecki lengr
enn tvær nætur fídan, oc tók hann
þá

(y) ró. *Sv.*

tiri. Filii & fratres ejus multiqve amicorum ibi tum aderant. Postea illuc Paulus *episcopus per nuntios etiam arcessivit* Thorvaldum & Magnum Gissuris *filios, qvi cum ad* Skalholtum *venerant, ipse illis præsentibus, pro sua voluntate, omnia disposuit. Unctione extrema unctus est octavo die post Martini festum; verum anteqvam sacro isto chrismate ungebatur, beati* Thorlaci *episcopi exemplo longum sermonem habuit; qvo facto, ut caute rebus in omnibus ageret, coram cunctis, qvi aderant, clericis, confessus est omnia prorsus qvæ sibi episcopo acciderant, omnes precatus, vellent sibi condonare omnia, qvacunqve in re eos offenderat, cunctis vicissim humaniter condonanti, qvicqvid sibi ægre fecissent; divinæ se cætera misericordiæ commendavit. Unctus aliqvam morbi remissionem sentiebat, donec vestes deponeret, qvas induerat ungendus, perqve duas deinde noctes. Tum vero morbus ejus rursus ingravescebat, nec postea ultra binoctium vixit, cum sumto in ipso vitæ mortisqve confinio corpore domini,* A. C. 1211

A. C. 1211 þá corpus domini vid siálft andlát sitt, oc sofnadi (z) þá til Guds.

XVIII. Cap.

Enn viku fyrir andlát *Páls* Biscups sýndiz túngl svo sem ródra væri, oc gaf ecki liós af ser um midnætti í heidvidri, oc baud þat þá þegar mikla ógn mörgum manni. *Páll* var vígdr til Biscups á dögum *Cœlestinus* Páfa, af *Absalon* Erkibiscupi, á dögum *Sverris* Kóngs, þá var hann fertugr at alldri, hann stýrdi Guds kristni med mikilli stillínguXVI vetur, oc andadiz þridia dag viku, einni nótt fyrir Andres messu, oc var þá lidit fra Guds burdi IIII ár hins þrettánda hundrads (27). *Ari* prestr hinn Fródi, er mörg dæmi spaklig hefr saman

(z) safnadiz. *Sv.*

(27) In die Pauli Episcopi emortuali consentit *Necrologium Islandicum* apud *Langebek*: Script. Rer. Dan. Tom. 2. pag. 518. Qvi tamen dies cum anno 1204 consistere neqvit; qvo anno festum Andreæ diem Lunæ occupat. Nec melius cum anno 1210, qvem

domini, placida morte ad Deum decessit. A. C. 1211

Cap. XVIII.

Septem diebus, ante Pauli *episcopi discessum, luna sangvinis instar rubra apparuit, adeo ut ipsa media nocte & sereno aëre omne lumen foedaret, id qvod mox magnum multis terrorem incussit.* Cœlestini *Papæ &* Sverreris *Regis tempore, ab* Absalone *Archiepiscopo* Paulus *episcopus est inauguratus, tunc qvadraginta annos habens. Dei ecclesiam magna cum modestiâ sedecim hiemes ille rexit, tertio die septimanæ mortuus, una ante festum Andreæ nocte, cum à nato Christo seculi decimi tertii qvatuor anni (mille ducenti qvatuor anni) lapsi erant. Refert* Arius *sacerdos* Polyhistor, *qvi multa rerum documenta*

qvem Paulo emortualem *Fragmentum* qvoddam *Annalium* in Bibliotheca Magnæana adfert, qvo anno festum S. Andreæ in ipsum diem Martis incidit. Sed cum omnes omnino reliqvi *Annales* in anno 1211 consentiant, & cetera omnia data hunc annum poscant, nullum relinqvitur dubium, illum Paulo Episcopo vere emortualem fuisse.

A. C. 1211 saman töld, segir hve miöc vort land drúpnadi (a) eptir fráfall *Gitzurar* Biscups, er menn virdu mestann skörúng verit hafa á *Islandi*; enn her má siá hversu margr kvídbiódr hefr farit fyri fráfalli þessa hins dýrliga höfdíngia *Páls* Biscups: jördin skalf öll oc pipradi af ótta, himin oc skýin grétu, svo at mikill hlutr spilltiz jardar ávaxtarins, enn himintúnglin sýndu daudatákn her (b) á ser, þá er náliga var komit at hinum efstu stundum *Páls* Biscups. Enn siórinn brann oc fyri landinu þá, þar sem hans biscupsdómr stód yfir, (c) sýndiz náliga allar höfutskepnur nockut hrygdar mark á ser sýna frá (d) hans fráfalli. Enn á sídrstu nótt er *Páll* Biscup lifdi, dreymdi *Þórvalld Gitzurar*son, hinn vitrasta höfdíngia, at *Jón Lopts*son fæli *Petri* Postula á hendi þá hiörd er *Páll* Biscup sonr hans hafdi gætt.

(a) driúpdi. *Sv.*

(b) ber *pro* her. *Sv.*

(c) sýnduz. D.

(d) í oc frá. *Sv.*

menta collegit, quam moestum insula nostra demiserit vultum, Gissure *episcopo obeunte, quem in* Islandia *virum fuisse omnium præstantissimum, vulgo æstimarunt. Verum hic videre licet, quot moerorem portendentia, præstantissimi magnatis* Pauli *episcopi occasum præcesserint ostenta: tremuit tota terra, metu commota; lacrymas coelum & nubes ita fuderunt, ut frugum terræ plurima pars perderetur; mortisque signa præ se tulit luna, sub ipsum* Pauli *episcopi ultimum fere vitæ tempus; & ante littora ipsum incendio flagrabat mare, adeo ut in qvantum ejus dioecesis patuit, omnia propemodum elementa aliqvod tristitiæ signum ob ejus discessum dare, viderentur. Ultima nocte, qva* Paulus *episcopus vixit,* Thorvaldo Gissuris *filio, magnati sapientissimo, per somnium apparuit* Joannes Lopti *filius,* Petro *apostolo gregem commendans, quem* Paulus *episcopus filius* A. C. 1211

A. C. 1211 gætt. Enn Jesus Kristr fal sina hiörd á hendr födr sinum ádr hann væri píndr. Enn *Páll* Biscup bífaladi sic oc hana á valld almáttugs Guds ádr hann var frá oss kalladr.

XIX. Cap.

Nú má siá hvertveggia stafn biscupsdóms þessa dýrliga Biscups, oc hyggium ver á þeirri tíd hafi ei adrir til verit at siá skutstafninn, er ei laungudu til at siá framstafninn. Enn vid þat er oss at una hans ástmönnum, er eptir lifum, at hann hefer náliga öll þau gædi eptir sic leift er menn megu eptirhafa góds manns oc göfugs: börn virdulig med gódum efnum, til skadabóta þeim er mest yndifall (e) er ordit í andláti *Páls* Biscups, audr gnógr, oc allskyns stadar prýdi, flest framkomin, enn sum stofnud med gódum efnum, heilrædi hans med kenníngum þeim er hann kendi í sifellu í ordum oc fögrum dæmum

(e) nidrfall, *Sv.*

ejus custodiverat, quemadmodum Jesus A. C.
Christus *gregem suum Patri commenda-* 1211
vit, priusqvam cruciatus necabatur.
Paulus *autem episcopus se & illum (gregem) Deo omnipotenti tradidit, antequam nobis eum auferebat mors.*

Cap. XIX.

Jam & initium simul & finem videre nobis licet muneris episcopalis, quod gessit eximius hic episcopus, nec putamus quenquam exstitisse, ejus tempore, qvi visa puppe (fine) non desideraverit videre proram (initium). Nos autem amicorum ejus intimi, ei superstites, nobis ea re videamur beati, quod omnia fere reliqvit emolumenta, quæ relinquere nobilissimo homini datur & præstantissimo, liberos nempe honestissimos, bonis instructos satis luculentis, ad damna eorum resarcienda, qvibus mors Pauli *episcopi maximo fuit lætitiæ detrimento; divitiarum largam copiam; rerum, qvibus ornari posset sedes, ingentem apparatum, perfectarum maximam partem, partem ex suppeditata materia inceptarum; salubria*

A. C. 1211 dæmum fins lífs, audrædi oc (f) unatsamar vistir, er hann ætladi velflestum sínum nánum frændum, enn hann man til þess hugat hafa, at Gud mani þá hugga, er hann hefr ei (g) fyrr huggada. Enn þessa sögu mína styrkir (h) vitr madr *Amundi Arna*son, smidr *Páls* Biscups, oc kvedr vísur þessar:

Red grams laga greidir,
Gód var stiórn yfir þiódum,
Sextán vetr hinn snotri,
Sólar, biscupsstóli.
Nú er (i) meinbönnudr manna
Málsniallr hedan kalladr.
Komi *Páll* í frid fullann
Fliótt med himna drottni.

Dád hittir gat drottins
Dýrgedr (k) lögum stýra

Sitt

(f) ununarsamar. B. C.

(g) fe *pro* fyrr. A. B. C. eigi einkum ádr fe huggada. *Sv.*

(h) styrkti. *Sv.*

(i) meirbönnudr. A. D.

(k) dýrgeds. *Sv.*

consilia & doctrinas, qvas jugiter tradidit, tam verbis qvam optimis vitæ exemplis; facultates & jucundas sedes, qvas proximiorum necessariorum plerisqve destinavit, haud dubie sperans, ipsum Deum illos consolaturum esse, qvos ille antea non fuerat consolatus. Qvam meam relationem confirmat vir sapiens Amundus Arnæ filius, qvi Paulo episcopo fuerat faber & artifex, cujus seqvens est carmen: A. C. 1211

Ille elegans divinæ legis traditor, per sedecim hiemes cathedræ præfuit, bene tunc homines regebantur. Nunc facundus, damna hominum cohibens, hinc vocatus est. Utinam Paulus *in plenam pacem apud cœli dominum cito veniat.*

Præstanti indole virtutis possessor, domini leges dispensavit;

 veri

A. C. Sitt bió fannvitr (l) retta
1211 Sextán vetr til betra.
Hyggium hitt at (m) seggia
Hiálpríkum vel líka,
Gagn (n) vann af hug hreinum
Hans (o) önn Gudi oc mönnum.

Lídur á allt (p) fyrir eýdi
Órsætis (q) vid Gud mætann
Þeim er gerdi frid fyrda
Farsælum vel mæla.
Bænum brátt at skýni,
Blídgedr höfudfedra
Þeim er íta böl bætir
Biscup vor med kora (r).

XX. Cap.

Þá XVI vetur er Guds Kristni prýddiz undir blóma biscupsdóms Páls

(l) famvitr. *Sv.*
(m) segia. A. C. D.
(n) giöriz vann af hug hreinum. *Sv.*
(o) hann ann Gudi oc mönnum. *Sv.*
(p) lídr á alldr fyrir eýdi. *Sv.*
(q) orsætis. A. D. örsæturs. *Sv.*
(r) med visku. *Sv.*

veritatis gnarus, per sedecim hie- A. C. 1211
mes, rem sibi demandatam melio-rem in modum administravit. Spe-ramus gratum illi fore, hoc dici; integro cum animo cura ejus Deo *& hominibus profuit.*

Licet beato, qvi pacem publi-blicam restituit, pro hominibus apud Deum *semper interpellare. Ut episcopus noster miti animo precibus, hominum mala sanan-tibus, in choro patriarcharum glorificetur.*

Cap. XX.

Per sedecim hiemes, qvibus Dei ecclesiam ornabat flos præsulum Paulus

 episco-

A. C. *Páls* Biscups urdu mörg stór tídindi í heiminum, þá andadiz *Cœlestinus* Páfi (28), *Absalon* (29) Erkibiscup, *Sverrir* Kóngr (30), *Hákon* (31), *Gut-ormur* (32) *Noregs* Kóngar, *Knútr* (33), *Sörkver* (34) *Svía* Kóngr; *Rikhardr* (35) *Engla* Kóngr, *Niáll* Biscup (36), *Brandr* Biscup (37), *Jóan* Biscup (38), *Ha-ralldr* Jarl í *Orkneyium* (39), *Philippus* Jarl (40), *Einar* (s) Abóti (41) *Márs-son*

(s) Asbiarnarson, *pro* Abóti Marsson. *Sv.*

(28) Vid. supra pag. 162.

(29) Vid. ibid. pag. 190.

(30) Sverrerem Regem anno 1202 obiisse in confesso est.

(31) Hakonem Regem anno 1204 ipsis Calendis Januarii decessisse omnes scriptores coævi uno ore testantur.

(32) Rex Guttormus anno 1204 obiit. Mendum igitur in notas ad *Necrologium Islandico-Norvegicum* apud *Langebek*: Script. Rer. Dan. Tom. 2. p. 514. irrepsit ubi anno 1205 fatis functus dicitur.

(33) Canutum Sveciæ Regem anno 1195 decessisse testantur *Sverrissaga*, Annales *Holani* utriqve, *Skalholtenses* utriqve, *Breviores*, *Resenjani*, *Lögmanns-Annáll*, *Membranei*, *Fragmentum* sæpius citatum, & *Regii* apud *Langebek*: loc. cit. Tom. 3. pag. 71.

(34) Sörkver Rex Svecorum anno 1211 decessit, fide Anna-

episcopus, acciderunt res plurimæ maxime memorabiles. Mortui sunt, Cœlestinus *Papa*, Absalon *Archiepiscopus*, Sverrer, Hacon, Guttormus, Norvegiæ *Reges*, Kanutus & Sörkver Sveciæ *Reges*, Richardus *Rex* Angliæ, Nialus *episcopus*, Brandus *episcopus*, Joannnes *episcopus*, Haraldus Orcadum *Comes*, Philippus *Comes*, Einar *Abbas* Marii *filius*, A. Q.

Q 5

Annalium *Holanorum* utrorumqve, *Skalholtensium* antiqviorum, *Oddensium* & *Regiorum* loc. cit. p. 17. Annales *Membranei* & *Skalholtini* Recentiores hunc Regem Sveinem appellant.

(35) Richardus Rex Angliæ ex scriptorum Islandicorum traditione obiit anno 1199, qvod & exterorum consensus confirmat.

(36) Nialem Episcopum anno 1207 decessisse, testantur *Annales Flateyenses*, *Skalholtenses*, *Oddenses*, *Breviores*, *Holenses* utriqve & *Regii* in *Langebek*. Script. Rer. Dan. Tom. 3. pag. 75.

(37) Vid supra pag. 190.

(38) Vid. ibid. pag. 186.

(39) Haralldo Comiti Orcadum annum 1206. emortualem adscribunt scriptores coævi.

(40) Comes Philippus anno 1200 obiit. Vid. *Annall. Regg.* loc. cit. pag. 72.

(41) Obitum Einaris Abbatis filii Maris, ad annum 1196 referunt *Annales Breviores*, *Oddenses*, *Flateyenses*, *Holani*, *Skalholtenses* Antiqviores, & *Regii* loc. cit. pag. 71.

A. C. son, *Gudmundr Biálfa*son (t) Abóti (42); *Haflidi* Abóti *Þórvallds*son (43), *Þórkell* (u) *Skúms*son (44); margir hafa oc adrir göfugir menn andáz medan *Páll* var Biscup bædi lærdir menn oc ólærdir. *Jón Lopts*son (45), *Gitzur Halls*son (46), *Sigmundr Orms*son (47), *Þórleifr Þorláks*son (48), *Þórvalldr Þórkels*son, *Kálfr Snorra*son (49), *Ari Biarnar*son, *Önundr Þórkels*son (50), *Hermundr* (x) *Kodrans*son (51), *Þórdr Snorra*son (52), *Gud-*

(t) Biálkason. *Sv.*

(u) Þórkell Abóti Sanctus. *Sv.*

(x) Bödvarsson. *Sv.*

---

(42) Iidem testes sunt, Gudmundum Bialfi filium anno 1197 fatis functum esse.

(43) Haflidum Thorvalldi filium Abbatem obiisse anno 1201, testantur *Annales Skalholtenses*, *Flateyenses*, *Holani* antiqviores, & *Regii*, loc. cit. pag. 72. conf. Notas ad *Necrologium* supra laudatum in *Langebek*: Script. Rer. Dan. Tom. 2. pag. 507.

(44) Thorkelem Skumi filium anno 1203 obiisse, narrant *Annales* not. 41. laudati.

(45) Vid. supra pag. 174. not. 8.

(46) Vid. ibid. pag. 196.

(47) Sigmundi Ormi filii obitum *Annales Resenian*i, *Fla-*

filius, Gudmundus *Abbas* Bialfii *filius*, A. C.
Haflidius *Abbas* Thorvaldi *filius*, Thorkell Skumi *filius*. *Præter hos*, Paulo *episcopo; alii multi nobiles viri, & clerici & laici, mortem obierunt*, Joannes Lopti *filius*, Gissur Halli *filius*, Sigmundus Ormi *filius*, Thorleifus Torlaci *filius*, Thorvaldus Thorkelis *filius*, Kalfus Snorrii *filius*, Arius Biarnii *filius*, Onundus Thorkelis *filius*, Hermundus Kodranis *filius*, Thordus Snorrii *filius*, Gud-

Flateyenses, *Holani* Antiqviores & *Regii* loc. cit. pag. 72. ad annum 1198 referunt.

(48) Thorleifus Thorlaci filius anno 1200 decessit, ut *Annales* constanter testantur.

(49) Kalfum Snorrii filium anno 1198, & Arium filium Biörnis anno 1196 vivis excessisse, perhibent *Annales Flateyenses* & *Regii* loc. cit. pag. 71. sq.

(50) Incendium & mortem Onundi, filii Thorkelis, qvæ anno 1197 acciderunt, multis perseqvitur *Sturlungasaga* libr. 3. cap. 20. sq.

(51) Hermundi filii Conradi mortem *Annales* permulti anno 1197 adscribunt.

(52) Thordi, filii Snorrii, mors accidit anno 1201 fide *Annalium Regiorum* apud *Langebek*: Script. Rer. Dan. Tom. 3. pag. 73.

A. C. *Gudmundr Amunda*son (y) (53), *Bersi* Prestr *Halldórs*son (54), oc margt vard annat til tídinda í hans biscupsdæmi, skipatión oc ellds uppkoma í *Heklu-felli*, ófridr, rán, oc brennur (55), oc med mörgum (z) fátídindum líflát manna (a). Nú hefir ec yfirfarit nockut með skyndíngu æfi *Páls* Biscups, oc hefer mer meira at gengit úkænska, enn illvilie, þó at þessi frásaga se ei jafnmerkilig ordin, sem hann hafdi efni til sett af sinni hálfu. Gledie almáttugr Gud hann í sífellu í eilífri dýrd Amen.

(y) Gudmundr Snorrason, D. *addit.*
(z) ödrum. B. *addit.*
(a) oc annat fleira. *addit. Sv.*

(53) Gudmundum Amundi filium Gris anno 1210 obiisse, omnes *Annales* testantur, exceptis *Breviori-bus*, qvi annum præcedentem adscribunt.

Sögu

Gudmundus Amundi *filius*, Bersius *sa-* A. C.
cerdos Haldoris *filius*, *alia præterea plura illo episcopo, evenerunt relatu digna: naufragia, ignis in monte* Hekla *eruptiones, pacem turbantes lites & prælia, rapinæ, incendia, & hominum cædes, variis præter solitum quæ fiebant modis.* Pauli *episcopi vitam quadammodo citus percurri, factumque erit ignorantia magis mea, quam malevolentia, si hæc narratio rei non respondeat præstantiæ, quam mihi sumsi narrandam. Deus omnipotens eum perpetuo exhilaret in æterna gloria. Amen.*

---

(54) Bersium Halthoris filium anno 1204 decessisse, volunt *Annales Regii* loc. cit. pag. 74. & *Holani* antiqviores, sed *Flateyenses* annum seqventem adscribunt.

(55) De publicis illis calamitatibus, qvæ Islandiam sede[illegible]ulo Episcopo affligebant, *Annales* multa narr[illegible]; conf. ea, qvæ *Regii* qvovis fere anno à 1196 ad 1211 notant.



Suc-

Sögu þáttr af Þórvalldi (a) Kodranssyni Vídförla.



I. Cap.

A. C. Madr er nefndr *Eylífr Örn*, (b) vid hann er kennt eitt hid hædsta fiall í *Skagafirdi* á *Reykiaströnd*. *Eylífr Örn* var son *Atla Skída*sonar ens Gamla, *Bárdar*sonar, *Jarl*sonar (1). *Eylífr Örn* átti *Þórlaugu* dóttur *Sæmundar* ens *Sudreyska*, er nam *Sæmundarhlíd*. Þau áttu III sonu, het einn *Sölmundr*, fadir *Gudmundar*, födr *Víga-Barda*, oc brædra hans. Annar var *Atli* hinn *Rammi*, er átti *Herdísi* dóttur *Þórdar* frá *Höfda*, þeirra dóttir var *Þórlaug*, er átti *Gudmundr* hinn *Ríki* á *Mö-*

(a) Konrádssyni, oc Fridrek Biscupi — *& Fridrico Episcopo*. B. (b) Hann átti þann son er Kodran het. *Is filium habuit, Kodranem nomine. Omnibus intermediis exclusis*. A.

Succincta narratio de Thorvalldo Kodranis filio, cognomento Peregrinatore.

Cap. I.

F*uit vir nomine* Eylifus, *dictus* Örn, A. C.
(aquila) *cujus nomen refert mons*, *unus omnium in* Skagafiördo *altissimus*, *extans in tractu* Reykiaströnd. *Hic* Eylifus Aquila *filius erat* Atlii, *filii* Skidii Grandævi, *filii* Bárdi, *filii* Jarlis. *Habuit autem in matrimonio* Thorlögam, Sæmundo *natam* Hæbudensi, *primo qvi* (*tractum*) Sæmundarhlídam *occupavit*. *Hi tres genuerunt filios: Uni nomen erat* Sölmundo, *patri* Gudmundi, *patris* Viga-Bardii (Bardii *cognomento* homicidæ) & *fratrum bujus*. *Alter erat* Atlius Robustus; *is ex* Herdisa, Thordi *de* Höfdio *gnata*, Thorlögam *suscepit*, Gudmundi

Po-

(1) Rectius, or Al. cf. *Landnamab*, p. 205. *Kristnis.* p. 185.

A. C. á *Mödruvöllum*. Þridie son *Eylífs Arnar* var *Kodrann*, er bió á *Giliá* í *Vatnsdal*, hann var audigr madr. Kona hans het *Járngerdur*. Son þeirra het *Ormr*, enn annar ÞORVALLDR. *Kodrann* kunni (c) miög *Ormi* syni sínum, enn *Þórvalldi* lítit, eda ecki, var honum halldit til vinnu, þegar hann mátti sér nockut, hann var (d) lítt settr at klædum, oc giörr hvervetna hornúngr brédur síns (e), hann þiónadi í húsi födur síns þat honum var tilskipat med öllum gódvilia.

II. Cap.

I þennan tíma bió *Þórdís Spákona* (2) útá *Skagaströnd*, þar sem sídan heiter at *Spákonufelli*. A einu sumri þág hún heimbod at *Kodrani* á *Giliá*, því at hann var (f) vin hennar. Enn er *Þórdís* var at veitslunni, oc hún sá hverr munr giörr var þeirra brædra,

(c) mikit. A. (d) litt klæddr. *male* (parcè) *vestiebatur*. B. (e) *Reliqua capitis non sunt in A*. (f) vinr. A.

Potentis Mödruvallensis *conjugem. Tertius filiorum* Eylifi *erat* Kodrann, *qui fundum* Giliá *in* Vatnsdalo *coluit, vir divitiis pollens. Conjugi ejus nomen erat* Jarngerdæ. *Filius horum dicebatur* Ormus; *alter vero* THORVALLDUS. Kodrann *multum amabat* Ormum *gnatum suum*, Thorvalldum *verò parum, aut nihil; Hic (enim) laboribus exercebatur (servilibus), qvamprimum qvicqvam à viribus potuit; vestitu malignè curabatur, & ad omnia fratri (ut spurius) posthabebatur: idem (nihilominus) in domo paterna, qvicqvid injungeretur laboris, omni cum æqvanimitate, obibat.* A. C.

Cap. II.

(a) *Hac tempestate* Thordisa Spákona *(hariola) in* Skagastranda *prædium coluit, quod dein* Spákonufell (mondiculus hariolæ) *appellatur. Hæc æstate aliqva apud* Kodranem *in* Giliá, *ut qui amicus suus esset, convivium accepit: in qvo convivio cum adesset, animadvertissetqve, quam disparitèr fratres (filii heriles) haberentur;*

(a) De Thordisa Spákona multis *Vatnsdalas. & Kormaksf.*

A. C. brædra, þá mællti hún til *Kodrans:* þat legg ec til ráds med þer, at þú sýnir meiri manndóm *Þórvalldi* syni þínum, enn þú hefer giört her til, þvíat ek se þat med sannendum, at (g) fyri margra hluta saker mun hann verda ágætari enn allir adrir þínir frændur (h). Enn ef þú hefer á honum litla elsku at sinni, þá fá þú honum kaupeyri, oc lát hann lausann, ef nockur verdr til at siá um med honum. *Kodrann* sá at hón taladi slíkt af gódvilia, oc (i) segizt munde fá honum nockut silfr. Let hann þá (k) fram einn siód, oc sýndi henni. *Þórdís* leit á silfrit, oc mællti: eigi skal hann hafa þetta fe, þvíat þat hefer þú tekit med afli oc ofríki af mönnum í sakeyri. Hann bar þá fram annan siód, oc bad hana (l) á líta. Hún giördi svo, oc mællti sidan, ecki tek ec þetta fe fyri hans hönd. *Kodrann* spyrr, hvat

(g) hann mun. *omiss.* fyri — sakir. A. (h) oc skalku. þegar fá honum kaupeyri, oc láta hann &c. *Statim da &c. exclusis, quæ intercy-*

tur, ita allocuta eſt Kodránem: *hoc tibi* A. C.
conſilium do, ut majorem in gnato tuo Thorvalldo *humanitatem (pietatem) oſtendas, qvam huc usqve feciſti, qvem ego ex veris indiciis video ceterâ ſtirpe tua multis nominibus clariorem extiturum, qvodſi in præſenti minus diligis puerum, da illi pecuniam mercaturæ faciendæ, & dimitte, ſi qvis exiſtat, qui ejus rebus velit proſpicere.* Kodrann *intellexit, hæc eam ex bona loqvi voluntate, aitqve ſe aliqvid argenti daturum. Tum unum expromit marſupium, illiqve oſtendit.* Thordiſa *intuens argentum, fatur: abſit, puero hanc pecuniam tradas, qvam multæ nomine per vim & tyrannidem extorſiſti. Hoſpes aliud marſupium protulit, rogans ut examinaret. Mulier ita fecit, & poſtea dixit: hoc argentum nomine pueri non accipio.* Kodrann *interrogat: qvid tu in hac*

 pecunia

tercedunt. A. (i) ſagdizt ſkylldi. B. *Rectius autem diceretur*, mundá & ſkylldu. (k) fram bera ſeſiód ſina, *expromi fecit.* A. (l) Þar á, A.

A. C. hvat finnr þú at þessu (m) fe. *Þórdís* svarar: þessa peninga hefer þú saman dregit (n) fyri ágirndar sakir í landskulldum, oc fiárleigum; meirr enn rettiligt er (o); fyri því heyrir slíkt fe eigi þeim manni til medferdar, er bædi mun verda rettlátr oc milldr. Sídan sýndi *Kodrann* henni einn digran fesióð, oc var fullr af silfri, vó *Þórdís* þar af III. merkur til handa *Þórvalldi*, enn feck *Kodrani* aptr þat sem meira var, þá mællti *Kodrann*. Fyri hví villdir þú helldr taka af þessum peningum til handa syni mínum, enn af hinum er ek feck þer fyrri. Hún svarar: þvíat þú hefer at þessum vel komizt, er þú hefer tekit í arf eptir födr þinn. Eptir þat fór *Þórdís* frá veitslunni med sæmiligum giöfum, oc vináttu (p) *Kodrans*. Hafdi hún *Þórvalld* heim med ser, var hann med henni um hríd vel halldinn (q), at klædum,

(m) silfri A. (n) med ágirnd. seqv. *desideratis* A. (o) oc skal eigi fenr þinn þeim fe

pecunia desideras? Illa respondet: hos A. C.
